Quaestiones Eustathianae.

De codicibus Strabonis Herodoti Arriani ab Eustathio in commentario ad Dionysii periegesin usurpatis.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM IN UNIVERSITATE LITTERARUM VIADRINA VRATISLAVIENSI ORDINIS CONSENSU ET AUCTORITATE UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS DIE IV MENSIS AUGUSTI ANNI MCMXI HORA XI ET DIMIDIA IN AULA LEOPOLDINA PUBLICE DEFENDET AUCTOR

IOSEPHUS GROEGER
SILESIUS.

ADVERSARII ERUNT:

IOANNES CAKOT, DR. PHIL.
GUILELMUS SCHEUER, CAND. PHIL.

TREBNITZIAE
TYPIS MARETZKE ET MAERTIN
MCMXI

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit
Richardus Foerster.

Examen rigorosum habitum est die XIV mensis Decembris
anni MCMX.

RICHARDO FOERSTER

SACRUM.

Conspectus rerum quae hoc libello continentur.

Eustathii commentariis viri docti iam diu operam navarunt[1]. Iterum iterumque recentiore quoque tempore eos evolverunt, unde scriptorum veterum libros carptim memoriae traditos novis fragmentis amplificarent aut superstitum scriptorum textum emendarent. Imprimis Strabonis Herodoti Arriani editores Eustathii excerpta cum fructu usurpaverunt. Sed quod de codicibus ab eo adhibitis non semper recte iudicabant, haud raro factum est, ut ei immeritam auctoritatem addicerent. Contra persaepe accidit, ut Eustathii editores[2]) auctoribus, quos usurpaverat, inspectis ad errorem deducerentur. Quam ob rem omnibus locis, quos in commentariis Dionysianis[3]) Straboni Herodoto Arriano debuit, indagatis priore huius dissertationis parte de Strabonis Herodoti Arriani codicibus ab eo usurpatis verba faciam, altera autem, qua diligentia ac fide eos adhibuerit, examinabo[4]).

Pars I.

De Strabonis Herodoti Arriani codicibus ab Eustathio usurpatis.

In vestigiis librorum manu scriptorum indagandis ante omnia respici necesse est Eustathii excerpta non eodem modulo

---

1) ‚Quo ordine et quibus temporibus Eustathius commentarios suos composuerit', inquirens Fr. Kuhn, Comment. in hon. Studemundi, Argentor. 1889 p. 247 ss. ostendit commentarios ad Dionysii et Homeri carmina ante annum quidem 1175 compositos et editos, commentarium vero Dionysianum post annum 1170 et ante Homericos publici iuris factos emissum esse.

2) Hac in re non cogito de commentariis Homericis, quod nondum e codicibus recensiti sunt.

3) Ed. C. Mueller, Geogr. Graec. min. Paris. 1861 II p. 201 ss.

4) Recentissime G. Knauss commentarios Homericos et Dionysianos respiciens similiter disputavit ‚De Stephani Byz. Ethnicorum exemplo Eustathiano', diss. Bonnae 1910.

metienda esse atque codices integros: nam et permultis locis codices Eustathiani inter se discrepant ita, ut dubium videatur, quae vera scriptio habenda sit, et, ubi de scriptione dubitatio non exstat, persaepe difficile est diiudicatu, utrum ea, quae Eustathius exhibet, in libro manu scripto eius exstiterint, an commentatoris mutationi debeantur. Ut enim interdum eisdem fere verbis, quae in fonte scripta erant, usus est (ῥητῶς), ita multo saepius fontis verba amputavit ac contraxit vel suis ipsius verbis reddidit[1]). Accedit quod, ut fuit vir doctissimus, permulta, quae ei mendosa videbantur, emendare studuit. Quam ob rem hac in quaestione praecipue id cavendum est, ne quid codicibus usurpatis attribuamus, cuius auctor est commentator Byzantinus.

Caput I.
De Strabonis codice.

Qui Krameri codicum Strabonianorum recensionem[2]) paulo attentius perlegit, dubitare non potest quin Strabonis opus geographicum a librariis antiquitus bipartitum describi solitum sit. Una enim pars libros novem priores, altera octo posteriores complectebatur. Cuius antiquae divisionis vestigia ostendunt etiam illi codices, qui uno volumine omnes libros continent. Itaque cum innumeri fere loci, quos Eustathius ex utraque operis parte hausit, per diversos tamquam rivulos manaverint, de utraque parte exempli Straboniani ab eo usurpati separatim mihi dicendum est.

A. De codicis parte novem libros priores exhibente.

1. Quae ratio sit inter Eustathii exemplum et superstites codices.

In edenda priore Geographicorum parte inde a Kramero editores[3]) secuti sunt codices Parisinum *A*[4]) (XII^mi saec.)

[1]) Cf. L. Cohn, Pauly-Wiss., Real-Enc. VI p. 1456.

[2]) Cf. G. Kramer, ed. Strab. Geogr., Berol. 1844—52 I praef. p. 10 ss.

[3]) Strabon. Geogr. ed. A. Meineke, Lips. 1852 ss; ed. C. Mueller et F. Duebner, Paris. 1853.

[4]) Siglis utor, quae inde a Kramero vulgo usurpantur.

Mediceum *B* (XV^{mi} saec. in.) Parisinum *C* (XIV^{mi} saec. in.) Venetum *l* (XV^{mi} saec.) Parisinum *s* (XV^{mi} saec. ex.) Ambrosianum *v* (XV^{mi} saec. ex.) epitomasque Palatinam (X^{mi} saec.) et Vaticanam (ante med. XIV^{mum} saec.). Ad haec textus constituendi subsidia recentiore tempore accessit palimpsestus Cryptoferratensis (ante VII^{mum} saec.), in quo Cozza-Luzi permulta fragmenta et huius et alterius Geographicorum partis investigavit[1]. Kramerus editor de Strabonis textu optime meritus codices in duas familias ita disposuit, ut alteri codicem *A* solum, alteri reliquos omnes, qui vocantur decurtati, tribueret (praef. p. LIII ss). Neque tamen hanc quaestionem a Kramero ad finem perductam esse iam Spengelius eius censor[2] et multis annis post Vogelius[3] animadverterunt. Itaque denuo de hac re quaestionem instituere suscepit Roelligius[4], qui sagacissima examinatione quae Kramerus de codicum cognatione iudicaverat correxit atque novis subsidiis amplificavit. Quae Roelligius de codicum distributione eruit, mihi plane probantur. Minus autem mihi placet schema, quo summam observationum suarum illustrat (p. 305). Res ab eo observatas aetate codicum magis respecta hoc schemate melius illustratum iri spero[5]:

---


[1]) Haec fragmenta Cozza-Luzi, postquam eorum specimina edidit (cf. Dell' antico codice della Geografia di Strabone scoperto nei palimsesti della badia di Grottaferrata, Roma 1875), omnia publici iuris fecit ‚Della Geografia di Strabone frammenti scoperti in membrane palimseste', part. I—VII, Rom. 1884—98 (cf. etiam R. Hansen, Philol. Rundsch. V p. 517 ss; I. Partsch, Deutsche Lit.-Ztg. VI p. 646 s; D. Detlefsen, Berl. philol. Wochenschr. V p. 1122 ss; A. Vogel, Philol. Anz. XVI p. 103 ss). Omnia inspexi praeter fragmenta CXV usque ad CXXI iniens, quae in exemplari Heidelbergensi exciderant. Aliud exemplar in nulla bibliotheca adipisci potui. Adnotationes autem ac disputationes, quae ab editore fragmentis adiectae sunt, ut nullius fere pretii prorsus neglexi (cf. Vogel. l. l. p. 105). Ceterum haec fragmenta denuo a Mercatio editum iri P. Ehrle bibliothecae Vaticanae praefectus gratiose per litteras mecum communicavit.

[2]) Münch. gel. Anz. XX p. 633 ss; XXVI p. 145 ss.

[3]) Philol. XXXIX p. 326 ss.

[4]) De codicibus Strabonianis, qui libros I—IX continent, Diss. philol. Hal. VII p. 275 ss.

[5]) In schemate litteris *E* et *a* significantur epitome Vaticana et supplementa codicis *A* secunda manu addita.



Primi igitur e stirpe Straboniana enati sunt codices, e quibus epitomator Palatinus et Stephanus Byzantius excerpta Strabonis petiverunt, et palimpsestus Cryptoferratensis. Deinde haec stirps in duos ramos discessit, quorum alterum codices decurtati repraesentant, e quibus etiam Eustathii exemplum fuisse iam Kramerus recte perspexerat (praef. p. LXXXIX). Roelligius primum in ordine decurtatorum codicum locum ei addixit (p. 302 s). Examinemus, quo iure uterque vir doctus haec contenderit.

Eustathium re vera locos Strabonianos e codice in libris octavo et nono quodam modo mutilato petivisse admodum probabiliter docent multa exempla ex illis libris sumpta, quorum in nullo Eustathium quicquam, quod codices decurtati omiserunt, exhibere, sed ubique ea tantummodo afferre videmus, quae illi quoque praebent. Cuius rei e commentariis Dionysianis afferam

hoc unum exemplum[1], in quo quae codicibus decurtatis desunt uncis includuntur:

E. p. 292 3 ss καὶ ὁ Γεωγράφος δέ φησιν ὅτι Ἀσέα κώμη τῆς Μεγάλης πόλεως, ἔχουσα δύο πηγάς κτλ.	S. II p. 116 5 s[2]) καλεῖται δ' Ἀσέα κώμη τῆς Μεγαλοπολίτιδος, [πλησίον ἀλλήλων] ἔχουσα κτλ.

Praeter omissiones Eustathio cum codicibus decurtatis communes nobis occurrunt haud paucae lectiones, quibus cum illis contra codicem *A* pugnat. Ad hanc quaestionem e codicum decurtatorum numero maioris momenti sunt *EaB*[3]), cum de ceteris non in omnibus partibus diligenter (*Cl*) aut in nonnullis tantummodo locis (*sv*) collatis persaepe dubitetur, quid scriptum sit. Sed vix errare mihi videor, cum ea, quae in illo una cum *E* aut *a* aut *B* et in uno alterove reliquorum exhibentur, lectionem fuisse archetypi codicum decurtatorum censeo[4]). Iam sequantur illae lectiones, quarum ultima, quod Eustathii et codicum decurtatorum commune vitium apertum est, praecipue digna est, ad quam animum attendas.

Strab. I 418 19 ἀφηρέθησαν *EBC*; -θη Eust. 283 32] ὑφ- *A*. **II** 37 16 Βοσποριανῶν *EBC*; 273 s] -ριαν- *A*. 94 8 περὶ Παρνασσόν *EBClsv*; 361 30 s] π. τὸν Π. *A*. 116 7 ὑπὸ γῆν *EBl*; 292 6] ὑ. γῆς *A*. 156 1 ἑκατόμβαια *aBl*; 294 4 (Il. *B* 581 p. 293 36)] -βοια *A*. 277 25 Παρνασίους τινὰς δυτόχθονας *aBl*; -άσιοι δὲ δυτόχθονες 249 7] -ασσίους τ. αὐτό- *A*.

Quibus diligenter perpensis nemo erit qui dubitet quin Eustathii codex decurtatis addicendus sit. Quem codicem propius ab *E* quam a ceteris stare apparet imprimis multis locis e septimi libri fine, qui ceteris codicibus decurtatis deest, laudatis. E magno libri septimi fragmentorum ab Eustathio nobis servatorum numero, quos praecipue R. Kunzius ex illius com-

---

[1]) Alia huius generis exempla inveniuntur apud Eustathium Il. *B* 616 p. 304, 30 ss (ed. princ. Rom. 1542—50) = Str. II 112, 14 ss; Il. *B* 607 p. 301, 42 s et Od. *γ* 367 p. 1472, 35 s = II 113, 11 s; Il. *B* 532 p. 277, 36 s = 287, 9 ss.

[2]) Strabonis locos secundum Krameri editionem laudo.

[3]) Idem fere censet Roelligius p. 306.

[4]) Lectiones codicis *B*, quas Kramerus nondum enotatas habuit, Roelligio p. 333 ss debentur.

mentariis Dionysianis et Homericis[1]) investigavit, unum exemplum afferam:

E. 268 44 ss *Φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς Γεωγράφος καὶ ὅτι ὁ Ἴστρος ποτὲ Ματόας ἐλέγετο, ὃ ἔστι κατὰ Ἕλληνας ἄσιος· καὶ ὅτι πολλάκις μὲν οἱ Σκύθαι δι᾽ αὐτοῦ περαιούμενοι οὐδὲν ἔπασχον. συμφορᾶς δέ ποτε αὐτοῖς ἐπεισπεσούσης ἡρμηνεύθη Δάνουβις ἢ Δάνουσις, ὥσπερ τοῦ ἁμαρτεῖν ἐκείνους αἰτίαν ἔχων.* Cui simillimam narrationem legimus apud Stephanum Byz. s. v. *Δάνουβις ἢ Δάνουσις, Ἴστρος ὁ ποταμός, πάλαι Ματόας καλούμενος συμφορᾶς δὲ τοῖς Σκύθαις ἐπιπεσούσης οὕτως ἐκλήθη*[2]). *Ματόας δὲ λέγεται ἐς τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν ἄσιος. ὅτι πολλάκις περαιούμενοι οὐδὲν ἐπεπόνθεισαν. ὁ δὲ Δάνουσις ἑρμηνεύεται ὥσπερ τοῦ ἁμαρτεῖν ἔχων αἰτίαν.* Viri docti[3]) quod illum locum, quem Straboni deberi Eustathius ipse confitetur, in Strabonis opere invenire non potuerant, illud *ὁ αὐτὸς Γεωγράφος* lapsu calami librariorum evenisse pro *ὁ αὐτὸς Ἐθνικογράφος* suspicati sunt. Hoc autem esse prorsus dubium Kunzius probavit (p. 440 ss). Ac primum quidem Eustathius Stephanum Byzantium verbis *ὁ δὲ τὰ Ἐθνικὰ γράψας*, non *ὁ δὲ Ἐθνικογράφος* laudare solet, deinde verba *ὁ δὲ αὐτὸς Ἐθνικογράφος* discreparent cum re priore et posteriore, quam utramque e Strabone sumptam esse Eustathius ipse non negat 268 43 s *τὸν παρὰ τῷ Γεωγράφῳ ἕτερον Ἴστρον* et 269 7 ss *Λέγει δὲ ἐκεῖνος καὶ ὅτι τῷ Ἴστρῳ παράλληλα κτλ.* = Str. II 42 19 ss. Nec vero Eustathium confudisse Stephanum cum Strabone, qua de re Muellerus ad Eust. l. l. cogitavit, verisimile est, sed quod idem vir doctus verbis insequentibus dicit Eustathium illam narrationem e Strabonis libri septimi parte deperdita petere potuisse iam hoc loco satis evincitur[4]).

[1]) Cf. Rhein. Mus. LVII p. 437 ss; LVIII p. 126 ss.

[2]) Verba *συμφορᾶς* usque ad *ἐκλήθη* Eustathio duce post *ἐπεπόνθεισαν* transponenda esse Meinekius ed. Steph. Byz. Ethnicorum, Berol. 1849 ad h. l. et Kunzius, Rh. Mus. LVII p. 442 cum errore censent. Eos fugit Stephanum, si verba ipsorum ordine posuisset, Scythas fluvium saepe traicientes nullam calamitatem accepisse (*πολλάκις* usque ad *ἐπεπόνθεισαν*) narraturum fuisse, priusquam eorum nomen commemorasset.

[3]) G. Bernhardyus, Geogr. Graec. min., Lips. 1828 ad Eust. l. l., quem secutus est Meinekius.

[4]) De universis Strabonis fragmentis in commentariis Dionysianis inventis infra agetur.

Praeterea autem haec opinio etiam nonnullis lectionibus confirmatur, quibus Eustathius cum epitome Vaticana conspirans contra ceteros codices decurtatos pugnat. Sunt autem hae:

S. I 193$_{15}$ *τραχηλιμαίων E*; *-μαῖα* E. 266$_{35}$] *-μέων BCl.* **209**$_{1}$ *ἱσταμένῃ E*; 266$_{34}$] om. *BCl.* **264**$_{3}$ *τριάκοντα AE*; 326$_{34}$] *πεντήκ- BCl.* **II 34**$_{12}$ *ταινία AE*; 271$_{12}$] *τεν- BC.* **184**$_{16}$ *ἐπιφέροιεν Ea*; *ἐπέφερον* 313$_{31}$] *ἐπισπείρ- Bl.*

E duabus lectionibus, quibus Eustathius cum codice *A* conspirans contra epitomen Vaticanam ceterosque codices decurtatos pugnat, R o e l l i g i u s (p. 303) Eustathii exemplum etiam propius quam epitomen Vaticanam ad antiquissimum illum omnium decurtatorum codicem archetypum accessisse concludi posse censet. Exstant illae lectiones in commentariis Homericis: **S. II 110**$_{13}$ *ὥσπερ A*: E. Il. *B* 615 p. 303$_{32}$] *ὡς EBl.* **323**$_{14}$ *οὐδένας A*; Il. *B* 756 p. 338$_{17}$] *-να EaBl.* Cuius rei in commentariis Dionysianis nullum exemplum indagare potui nisi **S. II 34**$_{12}$ *χερρόνησος A*; E. 271$_{11}$] *χερσό- EBC.* Sed in tali scriptura codicibus nimia fides non habenda est. Respicienti autem exemplum Eustathii plus toto saeculo ante epitomam Vaticanam exaratum esse mihi quoque quod Roelligius conclusit verisimile videtur, etiamsi pluribus argumentis indigemus. Indicia, e quibus Eustathii codicem interdum d u p l i c e s lectiones exhibuisse Roelligius (p. 303) conclusit, in commentariis Dionysianis non inveni.

Hac igitur quaestione ad finem perducta quod Kramerus et Roelligius de Eustathii et codicum superstitum cognatione iudicaverunt labefactari non potuisse statuo.

2. Quae auctoritas Eustathii excerptis inter codices Strabonianos sit tribuenda.

Argumentis supra allatis satis me ostendisse arbitror Eustathii codicem inter decurtatos praecipuum, ne dicam principem, locum obtinere. Ac valde dolendum est, quod illius lectiones, cum Eustathius verba Straboniana plerumque non accurate referat, tam raro in censum veniunt. Nihilominus haec excerpta permultis locis non parvi aestimanda sunt et ad Strabonis textum constituendum et ad lacunam in fine libri septimi hiantem explendam. Quae autem eorum in singulis sit auctori-

tas, iam accuratius exponamus. Editiones respicientur Krameri (Kr.) Meinekii (Me.) Muelleri et Duebneri (MeD.), quarum lectiones adnotabuntur, si inter se vel a mea sententia discrepant.

Ac primum quidem de eis locis verba faciamus, quibus Eustathius una cum ceteris codicibus decurtatis a codice *A* discrepat. Cum eius codex ceterique decurtati originem duxerint e codice a Parisino *A* diverso, sequitur ut eorum lectionibus auctoritas singularis tribuenda sit. Immo vero lectiones Eustathii cum codicibus decurtatis consentientis eandem auctoritatem habere censeo atque illorum archetypum, si eum fortuna nobis conservasset (cf. Roellig. p. 306 ss). Iam in singulis examinemus, utrius stirpis memoria maioris aestimanda sit.

Duobus locis Eustathius et codices decurtati lectiones praeferendas exhibent:

Strab. I 418$_{19}$ *ἀφῃρέθη* Eust. 283$_{32}$; *-θησαν EBC*] *ὑφ- A*. Lectio Eustathii et codicum decurtatorum aptior est sensui, quod Crotoniatae Sybaritis omnem felicitatem non *surripuerint* (i. e. furtim), sed *eripuerint* (i. e. aperte). Praeterea cf. III 260$_{22}$.

II 156$_{1}$ *ἑκατόμβαια* 294$_{4}$ (Il. *B* 581 p. 293$_{36}$); *aBl*] *-βοια A*. Codicum decurtatorum scripturam praebet etiam palimpsestus Cryptoferratensis (Cozza I fr. 9).

Quattuor aliis locis Eustathius et codices decurtati lectiones peiores praebent:

I 353$_{24}$ *καταβάλλουσιν* 304$_{5}$; *BC* (*μεταβ-*) *l*] *-βαλοῦσιν A*. Tempus aoristi aptius est, quod dominos minimum pretium *dependisse* necesse erat, priusquam eos impensae paenitere posset.

II 94$_{8}$ ***περὶ Παρνασσόν*** 361$_{30\,s}$; ***EBClsv***] ***π. τὸν Π. A***. Etiam II 198$_{10}$ codices decurtati *A* deficiente articulum omittunt. Sed utroque loco, quorum unus alteri simillimus est, articulus ponendus est, quod Strabo constanter huic nomini articulum addit: I 40$_{18\,s}$; II 180$_{8}$; 192$_{7}$; 233$_{26}$; 252$_{5}$; 265$_{20}$; $_{24\,s}$; 266$_{2}$; 267$_{8}$; $_{12}$; 269$_{25}$; 278$_{1}$; 281$_{3}$; $_{10}$; 282$_{5}$; 284$_{12}$; 290$_{5\,s}$; 293$_{14}$; 317$_{7}$; $_{9}$; $_{12}$; 343$_{13}$; 396$_{12}$.

116$_{7}$ *ὑπὸ γῆν* 292$_{6}$; *EBl*] *ὑ. γῆς A*. Genetivum tuetur II 174$_{14\,s}$ codicibus *ABl* et palimpsesto Cryptoferratensi (Cozza III fr. 105) consentientibus.

277 25 *Παρνάσιοι* 249 7; *-ασίους aBl*] *-ασσίους A*. In Strabone 278 7 codices eodem modo in huius formae scriptura discedunt, sed hi homines accolebant monti, cuius nomen a Strabone certe duplici *σ* scriptum esse permulti loci paulo ante congesti docent.

Utrius stirpis auctoritas maior sit, difficile disceptatu est. **II** 37 16 *Βοσποριανῶν* 273 8; *EBC*] *-ριαν- A*, quod codices sibi non constant. Eiusdem paginae lin. 14 etiam in codicibus decurtatis *E* excepto invenitur *-ριαν-* et paulo infra 41 20 etiam *A* praebet *-ραν-*; 39 15 autem etiam tertiam formam *-ρίων* legimus in omnibus codicibus *E* deficiente. Ut codices ita editores inter diversas formas vacillant. Roelligio (p. 308s) assentiendum esse puto, qui ex genuina forma *-ριανῶν* utramque lectionem *-ρανῶν* et *-ρίων* prodisse censet, cum epitome Palatina, quae e codice manavit vetustiore quam codex *A* et archetypus codicum decurtatorum (cf. Roellig. p. 298s), et nostro loco et II 433 16 [1]) posterioris partis operis geographici constanter *-ριανῶν* formam perhibeat. Eustathii igitur codex una cum ceteris decurtatis, si res ita se habeat, falsam lectionem praebuerit.

Deinde quaeramus, ubi auctoritas maior sit, si Eustathius et codices decurtati discrepant. Facile haec quaestio illis locis diiudicari potest, quibus etiam codex *A* exstat. Cum enim ille codex eadem exhibeat atque Eustathius, quocum nonnullis locis etiam *E* congruit, ceteri vero codices decurtati alia praebeant, concludendum est ea, quae in *A* et apud Eustathium leguntur, in archetypo communi utriusque familiae exstitisse, alia autem, quae ceteri codices exhibent, ad mutationem illius librarii referenda esse, qui commune exemplar codicum *BClsv* exaravit (cf. Roellig. p. 315). Quin Eustathius illis locis unice veras scripturas vel meliores quidem quam codices *BClsv* exhibeat, minime dubitari potest. Iam sequantur illi loci:

I 264 3 *τριάκοντα A*; 326 34; *E*] *πεντήκ- BCl*, Kr. Me. MeD. Kramerus nisus loco posteriore I 427 22 numerum *πεντήκοντα* in textum recepit et quamquam ipsum postea id paenituit (cf. adn.

---

[1]) Hunc locum palimpsestus Cryptoferratensis exhibere potest. Sed cum in exemplari Heidelbergensi totum quaternionem desiderari supra commemoraverim, incertum est, quid scriptum sit.

ad I 427_{22}), mirum est, quod recentiores editores illud retinuerunt.

353_{15} *Κορσίκα A*; 303_{42}] *Κόρ- BC.* Hoc nomen nusquam alibi apud Strabonem occurrit, tamen codicis *A* et Eustathii lectionem veram esse censeo, quod in communi ambarum familiarum archetypo exstitit[1].

400_{14} *Λευκωσία A*; 280_{34}; *E*] *-κοσ- BC.* Priorem scripturam legimus 410_{25} in omnibus codicibus.

411_{7} *Σαυνιτῶν A*; 277_{35}; *E*] *Σαυνι- BCl.* Recentiores codices decurtati aliis quoque locis eandem scripturam praebent I 385_{7}; 396_{1}; $_{5}$; $_{11}$; 397_{5}, sed etiam alteram formam una cum *A*, qui sibi ubique constat, exhibent I 361_{8}; 366_{9}; 395_{10}.

II 34_{12} *χερρόνησος A*; 271_{11}] *χερσό- EBC.* Difficile est diiudicatu, utram Strabo formam adhibuerit (cf. Roellig. p. 308), quod iam veteres utramque usurpasse certum est[2]. Sed Strabonem *χερρό-* praetulisse censeo, quod in communi ambarum stirpium exstitisse videtur. Huic opinioni non obstat, quod etiam epitome Palatina alteram formam exhibet, cum hanc epitomatori deberi putem; infra enim II 81_{28} (fr. 27); 89_{19} (fr. 53); $_{23}$ (fr. 54) epitome Palatina eandem formam praebet atque *A* et Eustathius.

ibid. *ταινία A*; 271_{12}; *E*] *τενία BC.* Prior forma occurrit I 76_{11} in codicibus *ABC.*[3])

224 $_{8}$ *Ἀκτικὴ(ν) A* (*Ἀκτὴν* Me.); 295_{40} (ex correctione Bernhardyi, *Ἀττικὴ* codd.); *E*] *Ἀττι- aB.* Contextus verborum docet illam vetustiorum codicum scripturam rectam esse.

Non eodem modo certe verae vocandae sunt illae lectiones, quas una cum *E* Eustathius perhibet, illis locis, quibus earum pretium auctoritate codicis *A* metiri non licet. Tamen his quoque locis Eustathius et *E* lectiones maioris aestimandas habent:

I 193_{15} *τραχηλιμαῖα* 266_{35}; *-μαίων E*] *-μέων BCl.* Formam *-μαίων* rectam esse confirmant III 322_{28} omnes codices[4]).

[1]) Apud Diod. V 13 exhibetur *Κόρσικα.*

[2]) Cf. Meisterhans-Schwyzer, Gramm. d. att. Inschr.³ 1900 p. 99.

[3]) Palimps. Cryptof. habet *τενεια* (Cozza II fr. 70).

[4]) Iniuste hanc formam repudiat Lobeckius ad Phryn. p. 558.

209 1 *βύρσῃ τεταμένῃ* 266 $_{34}$; *E*] *τ.* om. *BCl.* Additamentum Eustathii epitomaeque aptissimum est.

II 184 16 *ἐπέφερον* 313 $_{31}$; *ἐπιφέροιεν Ea*] *ἐπισπείρ- Bl.* Priorem lectionem etiam palimpsestus Cryptoferratensis (Cozza III fr. 89) exhibet.

266 8 *Κνημῖδος* 297 $_{16}$; *Ea*] *-μίδ- Bl.* Accentum circumflexum II 284 $_{9}$ etiam *A* praebet, ubi *Bl* eodem modo dissentiunt.

Quamquam his quattuor locis Eustathii epitomaeque lectiones auxilio codicis *A* examinare non possumus, tamen de earum veritate nulla dubitatio exstare mihi videtur: quod Eustathius et epitome concinunt, illae lectiones non casu importatae esse possunt, sed eas in archetypo codicum decurtatorum exstitisse existimare debemus.

Iam supra me satis ostendisse puto Eustathium codicem in manibus habuisse in fine libri septimi nondum mutilatum. Propter hanc quoque causam ei codices *BClsv* impares esse videmus. Iam dudum editores illam Strabonis lacunam, quam etiam in codice *A* etsi non ex eadem causa atque in codicibus decurtatis hiare magnopere dolendum est, Kramerus epitomarum Palatinae et Vaticanae excerptis et Meinekius locis ex Eustathio (fr. 23[a]) aliisque scriptoribus collectis explere studuerant. Iterum virorum doctorum animos ad Eustathii commentarios advertit I. Geffckenius[1]). Denique R. Kunzius[2]) magnum numerum fragmentorum Strabonianorum in Eustathii commentariis indagavit. Quae fragmenta, quantum quidem in commentariis Dionysianis inveniuntur, iam nobis tractanda sunt. Fragmentis a Kunzio indagatis novum addere non possum. Cum hoc viro docto tales tantummodo locos Straboni addico, qui cum certis fragmentis Strabonianis aliqua re cohaerent aut quibus Eustathius ipse Strabonem auctorem nominat. Rem ita instituamus, ut primum illi loci afferantur, quibus fragmenta iam in editiones recepta nullo modo amplificentur:

E. 261 42 s *Ἦν δὲ καὶ ὁ Μακεδὼν ἡγεμών ποτε τῆς ὁμω-*

Fr. 11 (Vatic.) *Ὅτι Ἠμαθία ἐκαλεῖτο πρότερον ἡ νῦν Μακε-*

1) Genethliac. Gotting., Hal. Sax. 1888 p. 172.

2) Rhein. Mus. LVII p. 437 ss; LVIII p. 126 ss.

νύμου χώρας, ἥτις καὶ Ἠμαθία πρότερον ἐκαλεῖτο.	δονία. ἔλαβε δὲ τοὔνομα τοῦτο ἀπ' ἀρχαίου τινὸς τῶν ἡγεμόνων Μακεδόνος.
275 30 ss *Καλούμενοι δέ ποτε Βρίγες, εἶτα μεταβάντες εἰς Ἀσίαν, μετέπεσον εἰς τὸ τῶν Φρυγῶν ὄνομα*[1]).	**Fr.** 25 (Vatic.) *Βρίγες. Θρακῶν ἔθνος, ὧν τινες διαβάντες εἰς τὴν Ἀσίαν Φρύγες μετωνομάσθησαν.*
276 11 ss *Οἴονται δέ τινες Παλλήνην λέγεσθαι τὴν τῆς Κασσανδρείας χερρόνησον, τῷ Αἰγαίῳ καὶ αὐτὴν παρακειμένην.*	**Fr.** 27 (Palat.) *Ὅτι ἡ Παλλήνη χερρόνησος, ἧς ἐν τῷ ἰσθμῷ κεῖται ἡ πρὶν μὲν Ποτίδαια, νῦν δὲ Κασσάνδρεια, Φλέγρα τὸ πρὶν ἐκαλεῖτο.*
323 36 ss *ὁ Μέλας κόλπος . . τὴν κλῆσιν ἔχων ἀπὸ ποταμοῦ Μέλανος ἐκδιδόντος εἰς αὐτόν· . . . Κόλπος δὲ Μέλας ἐστίν, περὶ ὃν καὶ ἡ Αἶνος κεῖται, πόλις Αἰολική. Φασὶ γὰρ ὅτι ἐν τῷ Μέλανι κόλπῳ ἡ Αἶνος πρὸς τῇ ἐκβολῇ τοῦ Ἕβρου.*	**Fr.** 52 (Vatic.) *Πρὸς δὲ τῇ ἐκβολῇ τοῦ Ἕβρου διστόμου ὄντος πόλις Αἶνος ἐν τῷ Μέλανι κόλπῳ κεῖται . . . τὸν Μέλανα κόλπον καλούμενον οὕτως ἀπὸ τοῦ Μέλανος ἐκδιδόντος εἰς αὐτόν.*
241 29 ss *Τοῦ μέντοι Ἑλλησπόντου τὸ στενότατον ἑπταστάδιόν ἐστι, περί που τὴν Θρακίαν χερρόνησον κατὰ Σηστόν.*	**Fr.** 57 (Vatic.) *τοῦ δὲ Ἑλλησπόντου τὸ στενώτατον ἑπταστάδιόν φησι.*

Sequuntur apud Eustathium verba *ἑπταστάδιον δὲ κατὰ τὸν Γεωγράφον ὁμοίως καὶ τὸ τοῦ Σικελικοῦ πορθμοῦ στενώτατον.* Eandem rem Eustathius petivisse potest e S. I 184_9, ubi legimus *ὁ μὲν πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ* (sc. *πορθμὸς*) *ἑπταστάδιος*[2]). Sed haud scio an Eustathius haec quoque in libro septimo legerit.

Deinde afferamus eos locos, quibus res aliqua epitomarum fragmentis nondum vulgata inest eo modo, ut ceteris partibus cum epitomarum fragmentis conspirent:

E. 298 11 s *Ἀπ' αὐτῆς* (sc. *Δωδώνης*) *καὶ τὸ Δωδωναῖον χαλκεῖον ἐπὶ τῶν πολυλόγων.*	**Fr.** 3 (Palat.) *Ὅτι ἡ παροιμία, τὸ ἐν Δωδώνῃ χαλκεῖον, ἐντεῦθεν ὠνομάσθη.*

[1]) Hunc locum respicit Eust. 359, 40 ss.

[2]) Cf. Kunze, Rh. M. LVII p. 446 s.

Fragmentum 3 eo modo augetur, ut hoc proverbium de hominibus garrulis adhibitum esse comperiamus [1]).

Fr. 7 (Vatic.) *Ὅτι ἐπὶ γέλωτι ἐν παροιμίας μέρει γελᾶται* [2]) *Κέρκυρα ταπεινωθεῖσα τοῖς πολλοῖς πολέμοις.*

309 36 ss *Κορινθίων δέ ἐστι κτίσμα ἡ Κέρκυρα καὶ ηὐξήθη ποτὲ καὶ πολλὰς πόλεις καὶ νήσους ᾤκισε καὶ ναυτικὸν ἔσχε πολύ, ὥστε καὶ ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ οἱ Κερκυραῖοι ναῦς ἑξήκοντα ἐπλήρωσαν. ὅταν τὸ ἀμφίβολον τοῦ πολέμου εὐλαβούμενοι οὔτε τῷ Ξέρξῃ οὔτε τῇ Ἑλλάδι ἐβοήθησαν, ἀλλὰ τὴν βοήθειαν ἀνεβάλλοντο. Ἠρημώθη δὲ αὖθις, ὡς καὶ εἰς τοιαύτην παροιμίαν πεσεῖν „ἐλευθέρα Κέρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις“.*

Fr. 8 (Palat.) *Ὅτι ἡ Κόρκυρα τὸ παλαιὸν εὐτυχὴς ἦν καὶ δύναμιν ναυτικὴν πλείστην εἶχεν, ἀλλ' ὑπὸ πολέμων τινῶν* [3]) *καὶ τυράννων ἐφθάρη καὶ ὕστερον ὑπὸ Ῥωμαίων ἐλευθερωθεῖσα οὐκ ἐπηνέθη, ἀλλ' ἐπὶ λοιδορίᾳ παροιμίαν ἔλαβεν·*

ἐλευθέρα Κέρκυρα κτλ.

Qua de causa Corcyra insula proverbio commemorato irrideri potuerit, e fragmento Palatino solo adhuc non perspicuum fuit. Sin autem ei verba Eustathii adiunguntur, acerbitas irrisionis aperitur [4]): iam libera es, id quod ambiguitate tua illo tempore, cum Graecis Persae bellum inferebant, efficere voluisti (cf. Her. VII 168); licet tibi facere, quodcunque vis; etiamsi in oppido tuo *χέζειν* cupias, nemo te prohibeat, nam oppidum tuum est desolatum (cf. Keim. p. 16).

Fr. 50 (Palat.) *ἐδίδαξε* (sc. *ὁ Δάρδανος*) *τοὺς Τρῶας*

E. 315 32 ss *Σάμος Θρᾳκία, ἥτις Καβείρων εἶχεν ἱ-*

Fr. 51 (Vatic.) *Ὅτι τοὺς ἐν τῇ Σαμοθρᾴκῃ τιμωμένους θεοὺς εἰ-*

---

[1]) Cf. Kunze p. 445; I. Keim, Sprichw. u. paroemiogr. Überlief. bei Strabo, diss. Tübing. 1909 p. 14 s; Steph. Byz. s. v. *Δωδώνη*.

[2]) Corruptum esse *γελᾶται* e *λέγεται* recte vidit Meinekius.

[3]) *τινῶν* corruptum esse e *δεινῶν* non male vidit Spengelius, Münch. gel. Anz. XXVI p. 159.

[4]) Cf. Kunze p. 442 s.

τὰ ἐν Σαμοθράκῃ μυστήρια.

Fr. 33 εἰσὶ δὲ περὶ τὸν Στρυμονικὸν κόλπον πόλεις καὶ ἕτεραι, οἷον . . . . Δάτον, ὅπερ καὶ ἀρίστην ἔχει χώραν καὶ εὔκαρπον καὶ ναυπήγια καὶ χρυσοῦ μέταλλα· ἀφ' οὗ καὶ παροιμία Δάτον ἀγαθῶν, ὡς καὶ Ἀγαθῶν ἀγαθῖδες.

ερά, οἳ καὶ Κορύβαντες ἐλέγοντο, καὶ Θάσος, ἥτις καὶ χρυσία[1]) εἶχέ ποτε καὶ τὸ Δάτον συνῴκισε, πόλιν ἔνδοξον περὶ τὴν τοῦ Στρυμόνος παραλίαν. Ἀφ' οὗ παροιμίαν οἱ παλαιοί φασι „Δάτος ἀγαθῶν", ὡς τὸ „ἀγαθῶν ἀγαθῖδες" (cf. 316 33 ss).

ρήκασι πολλοὶ τοὺς αὐτοὺς τοῖς Καβείροις.

Fr. 36 . . . παρὰ δὲ τὴν παραλίαν τοῦ Στρυμόνος καὶ Δατηνῶν πόλις Νεάπολις καὶ αὐτὸ τὸ Δάτον εὔκαρπα πεδία καὶ λίμνην καὶ ποταμοὺς καὶ ναυπήγια καὶ χρυσεῖα λυσιτελῆ ἔχον, ἀφ' οὗ καὶ παροιμιάζονται Δάτον ἀγαθῶν, ὡς καὶ Ἀγαθῶν ἀγαθῖδας (cf. Keim. p. 16s).

Novum est quod ex Eustathii excerpto comperimus Thasios ad Datum urbem condendam incolas coegisse (cf. Kunz. p. 444 s).

314 42 ss Σηστὸς μὲν Λεσβίων ἄποικος καθὰ καὶ ἡ Μάδυτος, ὡς ὁ Γεωγράφος φησί, Χερρονησία πόλις, Ἀβύδου διέχουσα σταδίους λ' ἐκ λιμένος εἰς λιμένα. Ἔνθα καὶ ἡ λεγομένη Ἀποβάθρα, ὅπου ἡ Ξερξικὴ σχεδία ἐπήγνυτο.

Fr. 56 (Vatic.) εἶτα Μάδυτος καὶ Σηστιὰς ἄκρα, καθ' ἣν τὸ Ξέρξου ζεῦγμα, καὶ μετὰ ταῦτα Σηστός.

Omnia fere ab Eustathio commemorata Strabo etiam III 19 15ss refert paucis rebus exceptis: Sestum et Madytum oppida Lesbiorum esse colonias illo loco non narratur. Verumtamen haec quoque Straboni deberi Eustathius ipse confitetur. Eum igitur haec e fine libri septimi petivisse existimare cogimur. Utrum vero cetera quoque ibi invenerit an duos locos e diversis libris sumptos contaminaverit, certo diiudicari non potest. Strabonem omnia iam in libro septimo disseruisse ut credam adducor cum loco Eustathiano fragmentum Vaticanum conferens et respiciens, quod Strabo III 20 10 ss dicit: περὶ δὲ Σηστοῦ καὶ τῆς ὅλης Χερρονήσου προείπομεν ἐν τοῖς περὶ τῆς Θράκης τόποις (cf. Kunz. p. 445).

[1]) Eustathii χρυσία auxilio fragmenti Vaticani in χρυσεῖα corrigendum esse censeo.

242 4 ss Ἔχει γὰρ ἀμφιβόλως ταῦτα διὰ τοὺς παλαιούς, ὧν οἱ μὲν μόνα τὰ κατὰ Σηστὸν καὶ Ἄβυδον Ἑλλήσποντον εἶπον, οἱ δὲ καὶ ὅλην τὴν Προποντίδα, οἱ δὲ μέρος τι αὐτῆς τὸ ἐντὸς Περίνθου ἤτοι Ἡρακλείας, τῷ Ἑλλησπόντῳ ἀπένειμαν. Οἱ δὲ καί τι τοῦ Αἰγαίου πελάγους τῷ Ἑλλησπόντῳ προσέθεντο· καθά που τάχα καὶ Ὅμηρος, ὅπερ καὶ πλατὺν ἐκεῖνος λέγει Ἑλλήσποντον.

Fr. 58 (Vatic.) Ὅτι Ἑλλήσποντος οὐχ ὁμολογεῖται παρὰ πᾶσιν ὁ αὐτός, ἀλλὰ δόξαι περὶ αὐτοῦ λέγονται πλείους. οἱ μὲν γὰρ ‖ ὅλην τὴν Προποντίδα καλοῦσιν Ἑλλήσποντον, οἱ δὲ μέρος τῆς Προποντίδος τὸ ἐντὸς Περίνθου. οἱ δὲ προσλαμβάνουσι καὶ τῆς ἔξω θαλάσσης τῆς πρὸς τὸ Αἰγαῖον πέλαγος καὶ τὸν Μέλανα κόλπον ἀνεῳγμένης καὶ οὗτοι ἄλλος ἄλλα ἀποτεμνόμενος.

Muellerum non praeteriit Eustathium hanc rem e libri septimi fine deprompsisse (cf. adn. ad Eust.), cuius fragmentum Vaticanum duplici modo ex Eustathio suppleri potest (cf. Kunz. p. 443 s): certe inter fragmenti Vaticani verba *οἱ μὲν γὰρ* et *ὅλην* inserenda sunt Eustathii verba *μόνα* usque ad *οἱ δὲ καὶ*; sed etiam illum Homeri versum (Il. *P* 432; *H* 86) bono Straboniano addicendum esse Kunzius iure suspicatur. Primum quidem Eustathius quamquam ipse in Homeri carminibus summo cum studio versabatur, tamen persaepe Homeri locos, quos iam apud Strabonem allatos invenerat, laudavit[1]). Deinde eius verbis *τούτοις δὲ μὴ φαινόμενος ἀκολουθεῖν ὁ Διονύσιος* (lin. 11) eum omnia adhuc relata ex uno fonte hausisse indicatur. Postremo in fragmento Vaticano duos Homeri locos (Il. *I* 360; *Δ* 520) laudatos invenimus, quibus Strabo semper opiniones geographicas posterioris temporis iam apud Homerum prolatas esse ostendere studet[2]).

---

[1]) Cf. Eust. p. 240, 22 s (Hom. Il. *N* 34): Str. II 203, 15; 259, 11 s (Od. *δ* 483): III 371, 8; 278, 22—28 (Il. *B* 840 s, *K* 429, *Π* 233, Od. *τ* 175 ss): I 348, 1—349, 2; 294, 27 s (Od. *γ* 251): II 162, 11 ss; 296, 14 s (Il. *N* 685): II 215, 16 s; 319, 24 s (Od. *ο* 403): II 419, 19; 322, 22—25 (Il. *N* 11 ss): II 358, 7—9; 360, 6 s (Il. *B* 866): II 572, 10 s; 376, 7—11 (Il. *Z* 289 s, *ψ* 741 ss): I 62, 3 s; 15—17.

[2]) Cf. K. I. Neumann, Strabons Gesamturt. üb. d. hom. Geogr., Herm. XXI p. 134 ss; H. Bidder, De Strabon. stud. Homer., diss. Gedan. 1889.

Postremo agamus de duobus Eustathii locis, quorum utrumque etiamsi cum fragmentis in editionibus iam exstantibus nulla re concinunt, tamen R. Kunzius ideo, quod utroque loco Strabo auctor commemoratur, fragmentis libri septimi adnumerandum esse censet. Quibus ex duobus locis unum in illa libri VII parte, quae nunc mutilata est, exstitisse iam p. 6 satis exposuisse mihi videor. Alterum autem locum fragmentis Strabonianis adscribendum legimus $244_{5\text{ ss}}$ *διὰ δὲ τὸ κακόξενον καὶ δύσπλοον αὐτοῦ καὶ τὸ εἰς Πόντον ἀπελθεῖν ὅμοιον ἦν τῷ εἰς μέγα κακόν, ὡς καὶ οἱ παλαιοί φασιν. ⟨ὅπερ μέχρι καὶ εἰς ἄρτι κρατεῖ.⟩ Καὶ τοῦτο δηλοῖ μὲν καὶ ὁ Γεωγράφος.* Muellerus (adn. ad l. l.) suspicatus erat Eustathium ante oculos habuisse Strabonem I $31_{27\text{ ss}}$, ubi exhibentur *ἁπλῶς δ' οἱ τότε τὸ πέλαγος τὸ Ποντικὸν ὥσπερ ἄλλον τινὰ ὠκεανὸν ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς πλέοντας ἐκεῖσε ὁμοίως ἐκτοπίζειν ἐδόκουν, ὥσπερ τοὺς ἔξω Στηλῶν ἐπὶ πολὺ προϊόντας,* quem locum iam p. $243_{43\text{ ss}}$ adhibuerat. Quam suspicionem Kunzius (p. 444) merito refutavit [1]). Eustathius postquam, quae ex illo Muelleri loco colligere poterat, brevi antea attulit, in Pontum proficisci ut inhospitalem et difficulter navigabilem idem esse atque in magnum malum diserte dicit. Hanc autem rem neque illi Muelleri loco neque alteri apud Strabonem II $19_{19\text{ ss}}$ exstanti *ἄπλουν γὰρ εἶναι τότε τὴν θάλατταν ταύτην, καὶ καλεῖσθαι Ἄξενον διὰ τὸ δυσχείμερον καὶ τὴν ἀγριότητα τῶν περιοικούντων ἐθνῶν* inesse Kunzius iure monuit. Quam ob rem etiam hunc Eustathii locum fragmentis libri septimi cum Kunzio addico.

Iam reliquum est, ut pauca de illis locis dicamus, quibus Eustathius, quocum *E* nonnumquam conspirat, contra ambas stirpes pugnat. Cum hic ambarum familiarum consensus non fortuito ortus esse possit, ea, quae his locis omnes codices exhibent, etiam in communi ambarum stirpium fonte exstitisse certum est. Et vix errare mihi videor, cum Eustathium quoque eadem in codice legisse affirmo. Omnes igitur lectiones, quibus ab ambabus familiis discrepat, nullam auctoritatem sibi vindicare possunt, quod Eustathii correctioni vel coniecturae debentur.

---

[1]) Aliis quoque multis locis Muellerus auctorem ab Eustathio adhibitum laudans erravit.

Quam ob rem editores erraverunt Eustathio talibus locis auctoritatem addicentes. Omnia huius generis afferre opera inutilis mihi videtur. De nonnullis autem locis, quibus viri docti Eustathio immeritam auctoritatem tribuerunt aut periculum est ne tribuant, pauca dicenda erunt.

Ac primum quidem Eustathius illis locis, quibus ei verba Strabonis corrupta videbantur, emendare studuit. Quas emendationes, cum istis locis textus Strabonianus plerumque aperte mendosus eiusque medela non difficilis esset, ubique fere prospere perfecit ita, ut editores eum saepe secuti sint. Iam afferamus illos locos:

S. I 63 20 *Ἐρεμβοὶ* E. 248 37; *-βοὺς*] *Τρωγλοδύτας ABC.*

184 9 *ἑπταστάδιος* 306 35, 335 22; *E*] *ἑπτὰ σταδίοις ABCl.*

188 18 *προπίπτουσι* 245 2; *προκύπτ- E*] *προσπίπτ- ABCl.*

19 s *συνάγουσι . . . ποιοῦσι* 245 4] *-ύσῃ . . . -ύσῃ AEBCl.* Quae Eustathius praebet non spernenda sunt, sed editores inde a Siebenkeesio *συνάγουσαι . . . ποιοῦσαι*, quae est lectio Plethonis [1]), in textum recipere iure praetulerunt.

261 2 s *εὐλίμενοι μέν, χοιραδώδεις δὲ κατὰ τὰ στόματα τῶν λιμένων* 303 6 s] *εὐλ.· χοιρ. δὲ κατὰ τὰ στ. AEBCl.* Cum adiectivum *χοιραδώδεις* non habeat substantivum, quo referatur, vox *λιμένες* aut ex adiectivo *εὐλίμενοι* mente assumenda aut in textu supplenda est. Quamquam Strabonem ab illa dicendi ratione alienum non esse docet I 302 8 s *φησὶ δὲ καὶ δίστομον εἶναι, μεμψάμενος τοὺς πλείω λέγοντας*, tamen viri docti magis ad eam sententiam inclinant, ut textum aliqua medela egere censeant. Kramerus enim *λιμένες χοιραδώδεις* et Meinekius [2]) *οἱ δὲ λιμένες χοιραδώδεις* vel *χοιραδώδεις δὲ οἱ λιμένες* legendum esse suspicantur. Postremo Kunzius (Rh. M. LVI p. 334 s) Eustathio auctore post vocem *στόματα* inserendum esse putat *τῶν λιμένων*, qua auctoritate Eustathius non dignus est, cum certe nihil aliud legerit quam quae codices superstites praebent.

263 21 *Ἐρύθειαν* 326 28; *E*] *-θίαν ABCl*, sed illa forma a Stephano Byz. s. v. confirmatur (cf. Krameri notam ad l. l.).

267 10 *ἐμφαίνουσι* 229 5] *ἐκφ- ABCl.*

---

[1]) De Plethonis epitoma cf. Roellig. p. 301 s.

[2]) Cf. adn. ad l. l.; Vindic. Strabon. lib., Berol. 1852 p. 37.

327 17 *χρυσεῖον* (codd. Eustathii exhibent *-σίον*, sed *-σεῖον* postulatur sensu *metallum auro fertile*) 273 39] *-σίον ABC.*

18 *ἀποσύραντα* 273 39] *-αντι ABCl*, Kr. Me. MeD. Participii dativum Kunzius (p. 339) etiam apud Eustathium substitui iubet pro accusativo. Sed cum is Strabonis verba tam accurate servare non soleat et uterque casus tolerari possit, nihil mutandum esse censeo.

335 2 *ὁμοίως* 228 8; *παραπλησίως*] *-σίους ABCl.*

6 *διοχετεύεται* 228 12] *διωχέτευται ABC.* Quod utriusque scriptoris codices exhibent tenendum est.

339 4 *Διομήδειαι* 308 31] *-ήδιοι ABCl. -ήδειοι* Kr. Me. MeD. Codices ita vacillant, ut omnes I 187 1 et l. l. *-οι*, 452 13 et 453 13 *-αι* praebeant. Eodem modo editores sibi non constant. Formam femininam, quam Stephanus Byz. s. v. tuetur, unice veram esse censeo.

346 6 *ἐν καιρῷ λιμοῦ* 277 46 s, *ἐπὶ . . . λ.* Kr. Me. MeD.] *ἀπὸ . . . λιμοῦ ABCl.* Editores inde a Kramero codicum *ἀπὸ* in *ἐπὶ* mutantes hunc locum eodem modo interpretantur atque Eustathius *illo tempore, cum fames orta erat.* Melius autem mihi placet praepositio *ὑπὸ*, quam Coraes in textu posuerat: *quod fames orta erat.*

394 15 *ἐτυμότητα* 280 12] *ἑτοιμό- ABCl.*

398 15 *ἴδιον τοῦ Σιλάριδος* 280 30] *ἐφ' οὗ . . . ἴδιον ABCl*, Kr. Me. MeD. Cum sequens *ἴδιον* non habeat quo referatur, Eustathii emendationem secutus pro *ἐφ' οὗ* legi velim *ἐκείνου.*

16 s *ὅτι τοῦ ὕδατος ὄντος ποτίμου τὸ καθιέμενον φυτὸν ἀπολιθοῦται* 280 30 s] *ἐπὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ὄντος ποταμοῦ τὸ καθιέμενον εἰς αὐτὸ φυτὸν ἀπολιθοῦσθαι* (*-οῦνται AC*) *ABCl.* Haec verba editores iure emendare studuerunt. Omnibus aliis remediis deficientibus ad Eustathium confugerunt, sed illum nihil aliud in codice suo legisse ea, quae supra (cf. p. 16) disserui, satis docere puto. Et si Eustathius hunc locum minus mendis scatentem exhibet, hoc correctioni tantummodo debetur. Iam ad singula accedamus: pro *ἐπὶ* codicum editores inde a Corae *περὶ* scribunt, Madvigius[1]) autem illud *ἐπὶ* prorsus tollendum esse censet. Qua mutatione vel omissione textus

[1]) Adversaria critica, Hauniae 1874 I p. 543.

nullo modo sanatus mihi videtur. Illud ἀπολιθοῦνται codicum *AC* indicare arbitror Strabonem non accusativum cum infinitivo coniunctum, sed verbum finitum adhibuisse. Indigemus igitur coniunctione ὅτι, quae vocula facilius quam Coraïs περὶ in ἐπὶ corrumpi potuit. Itaque ex Eustathii correctione Muellerum et Duebnerum editores (adn. ad l. l.) secutus scribere propono ὅτι . . . ἀπολιθοῦται. Qua ex emendatione sequitur ut verba εἰς αὐτὸ (sc. ὕδωρ) mutanda sint in εἰς αὐτὸν (sc. Σιλάριδα). Praeterea autem in verbis τοῦ ὕδατος τοῦ ὄντος ποταμοῦ quaedam menda corrigenda erant: recte editores Kramerum secuti eodem modo atque Eustathius vocem ποταμοῦ in ποτίμου correxerunt et articulum τοῦ post ὕδατος male repetitum prorsus deleverunt.

408 6 ἐν ἀπόψει 304_{12}] ἐν ἀποψὶ *ABCl*. Cf. III 245_{15}. Eadem etiam III 165_{8} et 418_{12}, quibus locis libri ἐν ἐπόψει exhibent, scriptum fuisse Contus[1]) suspicatur.

422 2 Θρινακία 305_{30}; *E*, Me.] -κὶς *ABC*, Kr. MeD.

425 1 ἀναγομένων 305_{37}] ἀγ- *ABCl*.

428 20 Συρακούσιοι 283_{6}] -ούσ(σ)ας *ABCl*, Kr. Me. MeD., quae lectio orta esse videtur ex eo, quod librarius huius nominis exitum accommodavit antecedenti Κροτωνιάτας. Strabonem autem de incolis urbis, non de urbe ipsa cogitare apparet e verbis καὶ αὐτοὺς (lin. 21). Quam ob rem Συρακουσίους, quod concinnitate quoque postulatur, scribendum esse censeo.

445 9 Παρθενίαι 286_{10}] -νεῖαι *ABCl*.

446 14 τὰς ἄλλας ἡμέρας 286_{22}] τ. ἡ. *ABCl*. Eustathio auctore Coraes ἄλλας inserere proposuerat, id quod Kramerus iure reiecit, cum et Eustathio tanta auctoritas non insit et codicum verba meliorem sensum habeant. Auctor dicere voluit Tarentinos plures dies festos publicos per annum agere consuevisse quam dies anni numerentur, cum interdum complures festivitates uno die celebrarent.

II 28 17 Δάοι 270_{36}; Δάους *E*] Δαύους *ABCl*.

42 20 Παιονικὰ 269_{9}] Παιων- *AEB*; Παιον-, quod *Cl* praebent correctioni deberi videtur.

Iam eos locos tractemus, quibus Eustathius eas nomi-

---

[1]) Cf. Bull. de corresp. hellén. II p. 236.

num formas, quas in Dionysii versibus inventas iam antea usurpaverat, in Strabonis quoque excerptis servavit, si huius formae ab illis discrepabant. Illis igitur locis Eustathius, cum a codicibus dissentiat, iis non obstat.

S. I 64 21; 25: apud Dion. Per. v. 912 invenerat accusativum *Σιδῶνα* littera *ω* scriptum (cf. E. 376 4), qua de causa nomen hominum illam urbem incolentium littera *ω* scripsit *Σιδώνιοι* 376 11; 12; 14; 15] *-δόν-* praebet Strabo.

228 11; 18: *Ταρτησός* Dion. Per. v. 337 (cf. E. 276 42), 277 1: 276 45] *-ησσός*.

310 21: *Ἀμνιτάων* Dion. Per. v. 571 (cf. E. 327 15; 17), *-τῶν* 327 35; 328 5] *Σαμνιτῶν* (cf. Krameri notam ad h. l.).

316 8: *Ἀπέννιον* Dion. Per. v. 343 (cf. E. 277 15), *-ννια* 268 8] *-ννινα*.

327 17: *Νωρίκι' ἄστε' ἐρυμνά* vel *Ὠρίκι' ἄστε' ἐρ.* Dion. Per. v. 321 (cf. E. 273 20; 27; 34), *Νωρικίοις* 273 38] *-κοῖς*.

411 23: *Ἀπέννιον* Dion. Per. v. 343 (cf. E. 277 15), 277 38; 232 26] *-ννινον*.

413 24: *Ἄληκος* (genet.) Dion. Per. v. 367. E. *-ηξ* 281 43] *῞Αληκος*.

II 28 16; 29 24: Dion. Per. v. 305 invenerat *Δακῶν* (genet.), ex quo secundum *Γέται*, qui in versu priore commemorantur, formavit *Δάκαι* 270 36; 21] *Δακούς* (*-οί*).

3. De nonnullis emendationibus Eustathianis.

Frequenter editores Eustathii commentarios auctorum usurpatorum ope emendare conati sunt. Sed quod eius exempli inter codices superstites condicionem non dilucide perspexerant, haud raro erraverunt. Itaque et hic et infra postquam ostendi, qua indole atque auctoritate eius exemplar fuerit, nonnullae emendationes, quae ex hac quaestione emanarunt, mihi proferendae erunt. Emendationes ita tractabuntur, ut lectione Muelleri una cum lectionibus codicum Eustathianorum variantibus praeposita lectionem auctoris usurpati, qua mea emendatio confirmatur, adiungam. Adponentur etiam lectiones editionis Bernhardyanae (Be.) a Muellerana discrepantes. Deinde meae sententiae dabo expositionem, si talis postulatur. Nam illae emendationes, quas nonnulli Eustathii codices et codices auctoris adhibiti tuentur, minime dubiae mihi videntur, ut expositio copiosior non

necessaria sit. Iam sequantur illae emendationes, quae Eustathii et prioris partis Geographicorum collatione efficiuntur.

Eust. 228 29 κατὰ Γάδειραν] κ. -ρα N[1]); ἐν Γαδείροις Strab. I 265 15. Dionysius Per. v. 451; 456; 1165 et Eustathius 219 8; 228 1; 14; 24; 301 37; 302 10; 36; 326 12 τὰ Γάδειρα exhibent. Praeter τὰ Γ. etiam exstare ἡ Γ. Eustathius dilucide dicit 228 17 s. Forma igitur τὰ Γάδειρα apud eum est usitata, quam ob rem scribendum est κατὰ Γάδειρα.

31 s τοῦ ἐκεῖ ἱεροῦ] ἐκεῖ om. d, Be.; I 265 17. Eustathius verba Straboniana maioris perspicuitatis causa talibus additamentis persaepe auget (cf. E. 229 1: S. I 265 5), hoc autem loco ἐκεῖ prorsus supervacaneum mihi videtur, cum illud templum versibus proxime antecedentibus commemoratum sit.

249 7 αὐτόχθονες F] δυτό- Be.; II 277 25 falso aBl. Cum Eustathius in antecedentibus de illis populis, qui propter nimium solis aestum aut frigus sub terram vadunt, agat, omni sensui repugnat, si Muellerus ex coniectura Holstenii et Bernhardyi pro plurimorum codicum δυτόχθονες, quod Eustathius haud dubie in codice suo legerat, αὐτό- in textu posuit.

265 39 πλημμύρειν] -υρεῖν d; I 271 24. Persaepe codicis d lectiones cum fontium lectionibus conspirantes nobis occurrunt, id quod aliquo casu explicari non posse arbitror.

266 38 γνήσιοι Γαλάταις, οἷς] -σίους -τας II 2 24. Apud Eustathium dativus οἷς causa fuisse videtur, cur antecedens nominativus Γαλάται in dativum Γαλάταις corruptus sit. E Strabone enim et Eustathio apparet Germanos a Romanis vocatos esse quasi Galatas vel Gallos genuinos (cf. etiam E. 267 48), non pares Gallis. Germani Gallis non modo sunt pares figura et vitae ratione et moribus, sed eos superant feritate et corporis magnitudine et flavo capillorum colore. Itaque Γαλάταις mutandum esse censeo in Γαλάται.

268 35 ἐμβάλλειν] ἐκβ- FKMm; I 70 15.

---

[1]) Praeterquam quod Muellerus nusquam indicavit, utrum omnium an nonnullorum codicum lectiones variantes adnotaverit, codicum numerus tam ingens est, ut me sine detrimento praetermisisse existimem, qui codices alteram lectionem praebeant, adnotare: hoc igitur loco codex N exhibet Γάδειρα, ceteri Γάδειραν.

273 38 Νωρικοῖς] Νωρικίοις codd., Be. Muellerus Strabonem I 327 17 secutus Νωρικίοις omnium codicum in -κοῖς mutavit. Codicum autem scriptura in textu relinquenda est: quod enim in Dionysii Per. v. 321 legerat Νωρίκι' ἄστε' ἐρυμνά vel Ὠρίκι' ἄστε' ἐρ. (cf. 273 20; 27; 34), hanc adiectivi formam in -ιος desinentem hoc quoque loco adhibuit (cf. p. 20). Populum ipsum Eustathius eodem modo ac Strabo Νωρικούς appellat 273 35; 37; 41; 42; 274 2.

277 33 ἠπείρων] ἠπείρου I 410 21. Genetivus singularis apud Eustathium quoque aptior est, quod insulae commemoratae sunt partes ab uno eodemque Italiae continente avulsae. De eodem continente singularem adhibet p. 305 11s νοτιωτέρα γὰρ ἡ Σικελία τῆς Αὐσόνων ἠπείρου, ἧς καὶ ἐκκέκοπται.

296 1 καὶ (ἡ pro κ. Muell.) Ἀκτικὴ καὶ Ἀκτή *CDL*] κ. Ἀκτὴ κ. Ἀκτικὴ (verba κ. Ἀκτικὴ ut spuria uncis inclusit Be.); κ. Ἀκτὴν . . . κ. Ἀκτικὴν II 214 9. Non dubito quin textus Strabone auctore ita constituendus sit, ut eum plerique libri manu scripti codicibus *CDL* exceptis exhibent.

303 13 εἰς Ῥωμαίους *CDFKLUYlm*] πρὸς Ῥ. Be.; I 221 23.

314 22 καταχῶσαι] διαχῶσαι *CMY*; διαχοῦν II 221 2. Verbum διαχοῦν etiam Herodotus VIII 97 de eadem re usurpavit. Scribendum igitur διαχῶσαι.

B. De codicis parte octo libros posteriores exhibente.

1. Quae ratio sit inter Eustathii exemplum et superstites codices.

Multo simplicius esse de ratione codicis, quantum octo libros posteriores continuit, quaestionem instituere facile cognoscetur. In edenda hac posteriore parte Kramerus (praef. p. LXXVI ss) epitomen *E* (ante med. XIV$^{\text{mum}}$ saec.) codicesque Vaticanum *F* (fort. XIV$^{\text{mi}}$ saec. in.) Venetum *D* (XIV$^{\text{mi}}$ saec. in.) Parisinum *C* (XIV$^{\text{mi}}$ saec. in.) prae ceteris elegit. Reliquos autem codices *slrg*, quos hic illic consuluit, in hac quaestione impune neglegi posse arbitror. E quibusdam lacunis perspicuum est codices *DC* ceterosque Vaticano *F* et epitome *E*, qui diversam originem produnt, exceptis ex eodem exemplo, in quo eadem illa defuerint, manavisse.

Eustathii exemplum codicibus ab illis lacunis liberis esse adnumerandum e duobus locis cognoscimus, quibus illa verba quae codicibus lacunosis desunt aperte exhibentur. Iam sequatur ex illis locis hic unus[1]):

Eust. 401 8 s *κάλαμοι ποιοῦσαι μέλι, μελισσῶν μὴ οὐσῶν· τοὺς δὲ φαγόντας ὠμοῦ τούτου μεθύειν.*	Strab. III 194 15 ss [2]) ... *περὶ τῶν καλάμων, ὅτι ποιοῦσι μέλι, μελισσῶν μὴ οὐσῶν· καὶ γὰρ δένδρον εἶναι καρποφόρον, ἐκ δὲ τοῦ [καρποῦ συντίθεσθαι μέλι, τοὺς δὲ φαγόντας ὠμοῦ τοῦ] καρποῦ μεθύειν.*

Videmus lacunam propterea ortam esse, quod librarius archetypi codicum lacunosorum ab una voce *καρποῦ* ad alteram transsiluit.

Quamquam his duobus locis iam plane probatur e codice a lacunis libero Eustathium locos Strabonianos hausisse, tamen mihi liceat afferre nonnullas lectiones, quibus idem demonstretur. Permultis locis Eustathius *EF* deficientibus contra *DC* pugnat, sed quod certum non est, utrum eius lectiones in codice adhibito exstiterint an eius mutationi debeantur, illis lectionibus ut argumentis niti nolui, praesertim cum aliis abundemus. Eustathius enim frequenter cum *E* solo deficiente *F* aut cum *EF* concinens contra codices lacunosos pugnat.

Cum *E* solo, ubi *F* desideratur, consentiens a *DC* dissentit his locis:

Strab. II 358 6 *σάμους E*; *-μοι* Eust. 322 22] *-μαίους DC*. 446 7 *πλείω*; 345 10] *μείζω*. 476 13 *Ἵμαιον*; *Ἵμ.* vel *Ἰμάϊον* 336 16] *Ἴμεον*. **ibid.** *ξυνάπτον*; *συν-* 336 16] *-οντα*. 490 20 *Τιβαρηνῶν*; 337 37] *-ραν-*. 521 18 *εἰς Θρᾴκην*; 287 28] *ε. τὴν Θ.* 556 4 *Προυσιάς*; *-άδα* 359 11] *-σίας*. 573 18 *πρὸς τῇ Καρίᾳ*; 367 37] *π. Κ.* **III** 358 21 *αὐτὴν*; *ἣν* 261 20] *αὐτὸν*. Concedo epitomatorem Vaticanum et Eustathium interdum textum eodem modo commutare potuisse, sed utrumque omnibus locis in eandem commutationem incidisse praefracte nego.

Una cum *EF* a *DC* abhorret **III 147** 16 *ἀπὸ τοῦ EF*; 366 17] *τοῦ* om. *DC*.

---

[1]) Alterum huius generis exemplum occurrit apud Eust. Il. *Β* 781 p. 346, 44 ss = Str. III 286, 22 ss.


[2]) Verba in codicibus *DC* omissa uncis inclusi.

Haec argumenta sufficere mihi videntur ad demonstrandum Eustathium codicem in manibus habuisse, qui ex alio fonte manaverit atque codices *DC*. Quem codicem artius cum *E* quam cum *F* coniunctum fuisse apparet ex magna copia lectionum, quibus Eustathius cum *E* concinens contra *F* simulque contra *DC* pugnat ita, ut *FDC* quasi uni stirpi addicendi sint, alteri autem Eustathii codex et *E*. Iam sequuntur illae lectiones:

S. II 580 1 *Κοτυ . . E*; *-τυάειον* E. 361 1] *-τιάιον FD*, *-τιάειον C*. **III** 85 17 *Καϋστρηνῷ*; *-νὸν* 364 46] *-ριανῷ*. 18 *Κιλβιανὸν*. 364 47] *-βιαν-*. 124 6 *διὰ τὰ καύματα*; 321 35 s] *τε* pro *τὰ*. 147 15 *περὶ Χιμαίρας*; 366 16] *π. τῆς Χ.* 149 11 *Τελμισσός*; 367 1] *-ισός*. 15 *στρατιάν*; 367 6] *-τείαν*. 186 11 *Ἰμαῖον*; *-άιον* 406 12] *Μαον.* 264 7 *ἡ . . Νίνος πόλις*; *τὴν Νῖνον* 388 31 s] *ἡ . . Νίνων π.* 284 5 s *Κοιλοσύρους καὶ Σύρους καὶ Φοίνικας*; 385 44] *Κ. κ. Φ.* 294 1 *γεώλοφα*; 373 31] *γαιολόφια F*, *γεωλ- DC*. 297 9 *ἑαυτὴν*; 375 36] *αὐτ-*. 25 *χωρογραφίας*; 374 36] *-ομετρί-*. 311 4 *Σκηνῖται*; 382 36] *-νῖτ-*. 312 10 *Ἴκαρον*; *-ρος* 332 34] *-άριον*. 316 5 *Κάρνα*; 384 31] *Κ. ἢ Καρανᾶν F*, *Κ. ἢ Καρανᾶ DC*. 319 13 *ἀπολάμπων EC*; 400 15] *-οστίλβων FD*. 14 *ὑπεραυγεῖται*; 400 16] *περια-*. 332 9 *κινάμωμον*; 384 31] *-ιννά-*. 368 20 *Ἡρακλέους*; 220 6] *τὸ Ἡ.* 410 15 *χωρεῖν*; 401 12] *-ροῦν*. 424 10 s *ὅτι . . . καὶ κατὰ . .*; *διὰ . . . καὶ ὅτι κατὰ* 252 5] *καὶ* ante *κατὰ* om.

Ex his quoque lectionibus nonnullas eadem vel simili mutatione epitomatoris et Eustathii ortas esse non nego, sed earum non singulas, sed universas argumento esse censeo.

Iam quae tota hac quaestione eruisse mihi videor hoc schemate delineare mihi liceat:



Cum igitur Eustathii et epitomatoris Vaticani codices et in hac et in priore parte Geographicorum propinqua cognatione coniunctos fuisse ostenderimus, haud scio an utriusque universus codex ex eodem fonte fluxerit.

2. De Eustathii inter codices Strabonianos auctoritate.

Argumenta quae attuli sufficere mihi videntur ad probandum Eustathii codicem una cum epitoma *E* ad eundem archetypum referendum esse. Cuius lectiones enucleare ideo difficile est, quod scire non possumus, quanta fide Eustathius et epitomator ea, quae codex adhibitus eis praebuerat, servaverint. Iam supra utrumque interdum correctione vel coniectura ad eandem lectionem deduci potuisse admonui, sed casus valde mirus esset, si ubique hic et ille fortuito idem correxisset vel coniecisset. Quam ob rem me a vero non aberraturum esse spero, cum in universum quidem illas lectiones, quibus Eustathius et epitoma Vaticana contra alteram stirpem pugnantes consentiunt, eorum stirpis archetypo tribuo. Quam autem auctoritatem Eustathius, ubi codices discedunt, in singulis sibi vindicare possit, iam ostendere conabimur.

1. Duobus locis Eustathius una cum *EF* a codicibus *DC* dissentit:

Uno codices lacunosi omittunt, quod sine dubio omittendum non est: **Strab. III 147**$_{16}$ *ἀπὸ τοῦ EF*; Eust. 366$_{17}$] *τοῦ* om. *DC* et Eust. quoque Il. *Z* 181 p. 635$_{19}$, sed cum altero loco quasi genuina Strabonis verba referat, mihi persuasum est eum illud *τοῦ* in codice legisse.

Altero autem loco Eustathius cum *EF* falsam scripturam exhibet. Sed illo loco non multum ponderis habet, quod hac in re Dionysium secutus esse videtur (cf. p. 20). Tamen hunc locum tractabo:

III 297$_{20}$ *Σιδώνιοι EF*; 374$_{41}$; 376$_{30}$; *-νίους* 375$_{28}$] *-δόνιοι DC*. Formam *-δον-* praebent deficiente *E* codices concordantes (*ABCl* vel *FDC*): I 4$_{30}$; 45$_{12}$; 57$_{8}$; 60$_{23}$; 61$_{18}$; 62$_{4}$; $_{11}$; $_{23}$; 64$_{21}$; $_{25}$; III 298$_{6}$; $_{22}$; 342$_{4}$. Ubi *E* exstat, codices ita discedunt, ut *FDC -δον-*, *E* autem *-δων-* praebeat: III 342$_{5}$; $_{7}$; $_{9}$.

2. Iam verba faciamus de illis locis, quibus cum *E* conspirans ab altera stirpe discrepat.

a) Eustathius et *E* discrepant a codicibus *FDC*: longe plurimis locis Eustathius et *E* lectiones praeferendas exhibent. Sequantur illae lectiones:

III 124$_{6}$ *διὰ τὰ E*; 321$_{36\,s}$] *τε* pro *τὰ FDC*. Strabonem

articulum posuisse inde cognoscimus, quod etiam vocem insequentem *ἀφθονίαν* articulo exornavit.

147 8 *Τελμησσὶς* (sc. *ἄκρα*) *E*, Kr. (-*λεμ*-) Me. MeD.; 368 43 (cf. p. 40)] *Τελεμεσσὶς F*, *Τελεμισσὶς D*, *Τελμεσσὶς C*. Urbs Lyciae, ex qua illud promunturium denominatum est, vocatur *Τελμησσός* (cf. Krameri notam ad l. l.).

149 15 *στρατιάν E*; 367 6] -*τείαν FDC*. Non nego Eustathium et epitomatorem idem mendum, quod in *FDC* exstat, in codice usurpato inventum corrigere potuisse.

150 23 *Φασηλίδος E*, Kr. (-*σήλ*-) Me. MeD.; (-*σήλ*-) 367 10] *Φισιλ*- *FDC*. Codices Straboniani constanter ita, ut *E* -*σηλίς* et *FDC* -*σιλίς* exhibeant, discedunt III 149 10; 14; 150 17. Illam autem formam praebent Dionysius Per. v. 855 et Stephanus Byz. s. v. *Φάσηλις* accentus loco tantummodo a Strabone abhorrentes. Eustathius hac in re Dionysium secutus est (cf. 366 44; 367 2), quam ob rem codicibus Strabonianis non obstat.

186 11 *Ἰμαῖον E*; *Ἰμάϊον* 347 15 et 406 12] *Μᾶον FC*, *Μάον D*. Strabonis editores vacillant inter *Ἰμάιον* (I 196 14; II 476 13; 20) et *Ἴμαον* (II 462 1; III 186 11). Litteram *ι* secundo loco constanter servat *E* et I 196 14 etiam ceteri codices (*BCl*) cum *E* coëunt; reliquis autem locis codices excepto *E* plerumque formam aperte corruptam praebent. Itaque Strabo, si epitomae *E* atque Eustathio fidem habere possumus, ubicunque illius montis mentionem facit, formam in *αιον* desinentem praetulisse videtur. In accentu vero et spiritu in *E* quoque est magna fluctuatio. Cum autem littera *α* huius nominis propria esse videatur (cf. Krameri notam ad I 196 14), cuius rei in falsis potissimum lectionibus indicia inveniuntur (II 462 1 *Ἰμάοιον DC*; 476 13 et 20 *Ἴμεον DC*; III 186 11 *Μᾶον FC*, *Μάον D*), Eustathium dipthongum distractam recte praebere censeo.

253 19 *ἔκπυρον τὸν ἀέρα . . . καὶ καυματηρόν E*; *καυματηρὸς ὁ ἀὴρ . . . καὶ ἔκπυρος* 396 34 s] *καὶ* om. *FDC*. Quod adiectiva simili significatione sunt, non dubito quin coniunctione *καὶ* coniungenda sint. Cf. III 269 24 *ἔμπυρος οὖσα ἡ χώρα καὶ καυματηρά*, quod exhibent eidem codices, qui illo loco *καὶ* omittunt.

264 7 *ἡ . . . Νῖνος πόλις E*, (*Νίν*-) Kr. Me. MeD.; *τὴν . . . Νῖνον* 388 32] *ἡ . . . Νίνου π. FDC*. Kramerus suspicatur scri-

bendum esse *Νινίων*, sed vocem *Νίνιοι* apud Strabonem invenire non potui. Quod autem ad accentum vocis *Νινος* attinet, Kramerus sibi non constat: in textu habet *Νῖνος* I 128$_{17}$ et *Νίνος* II 501$_{1}$; III 262$_{13}$; 263$_{1}$; codices, si qualitas ultimae syllabae permittit, hoc nomen constanter accentu circumflexo signant. Stephanus vero Byz. s. v. exhibet *Νίνος*, quo auctore apud Strabonem accentus codicum circumflexus ubique in acutum mutandus esse mihi videtur.

284$_{5}$ *Κοιλοσύρους καὶ Σύρους καὶ E*; 385$_{44}$] *κ. Σ.* om. *FDC*. Haec verba necessaria esse e proximis satis apparet: Syriae populis secundum quorundam divisionem aggregari nonnullos partim agricolas ut S y r o s et Coelesyros partim mercatores ut Phoenices proximis Strabonis verbis diserte exponitur. Si Strabo hic Syros addidit, in antecedentibus omittere non potuit. Omissio facile exoriri potuit, quod bis eaedem litterae (*-σύρους καὶ* et *Σύρους καὶ*) subsequuntur.

294$_{1}$ *γεώλοφα E*; 373$_{31}$] *γαιολόφια F*, *γεωλόφια DC*. Quod *E* et Eustathius habent, unice verum est: idem adiectivum invenitur apud Polyb. I 75; Dioscor. III 15 (ed. Spreng.); Dion. Hal. ant. Rom. V 38 (ed. C. Iacoby).

312$_{10}$ *Ἴκαρον E*; *-ος* 332$_{33}$] *-άριον FDC*. Haec insula in sinu Persico sita ab aliis scriptoribus vocatur *Ἴκαρος*: cf. Arrian. anab. VII 20, 5; Aelian. de animal. XI 9; Dion. Per. v. 609 (cf. Krameri notam ad l. l.).

316$_{5}$ *Κάρνᾳ E*; 384$_{34}$] *K. ἢ Καρανᾶν F*, *ἢ Καρανᾶ DC*, *K. ἢ Κάρνανα* Kr. Me. MeD. Scriptores vacillant in nomine illius oppidi Arabici: *Κάρνα* vocatur apud Ptol. VI 7, 31, *Κάρνανα* autem, quam formam editores inde a Kramero praeter priorem in textu posuerunt, habet Steph. Byz. s. v. In Strabonis codicibus hae duae formae ortae esse videntur ex eo, quod illud nomen in codice, ex quo librarius archetypi codicum *FDC* descripsit, non satis clare scriptum erat. Mihi quidem persuasum est Eustathium qui delectetur variis nominum formis reddendis, si duplicem formam in codice suo legisset, hanc varietatem exhibere non praetermissurum fuisse. Secunda igitur forma mihi eicienda esse videtur.

319$_{13}$ *ἀπολάμπων EC*; 400$_{15}$] *ἀποστίλβων FD*, Kr. Me. MeD. Verbum *ἀποστίλβω*, quod *niteo, splendeo* significat, est in-

transitivum; eiusdem radicis transitivum est *ἀποστίλβοω*; *ἀπολάμπω* autem est significatione intransitiva et transitiva. Itaque cum indigeamus loco laudato Strabonis verbo transitivo, Strabonem aut *ἀποστίλβοι* aut *ἀπολάμπει* scripsisse opinor. Secunda lectio praeterquam quod in codicibus utriusque stirpis exhibetur, ideo praeferenda est, quod Strabo verbo eiusdem radicis utitur I 90 5 *ἔκλαμπον*.

14 *ὑπεραυγεῖται E*, probante Kramero Me.: 400 15] *περιαυγεῖται FDC*, Kr. MeD. Hoc loco postulatur sensus *luce vinci*, non *circumlustrari*. Iam ex hac causa lectio epitomae et Eustathii rectior putanda est. Praeterea autem confirmatur duobus locis aliorum scriptorum, qui eandem rem referunt: Agatharchides enim (Geogr. Graec. min. ed. C. Muell., Paris. 1855 I p. 171 5) et Diodorus III 39, qui ita cohaerent cum Strabone, ut Strabo et Diodorus ad communem fontem Agatharchidem redeant[1], uterque illud *luce vinci* verbo *κρατεῖσθαι* reddunt. Itaque illud *ὑπεραυγεῖται* cum Kunzio (Rh. M. LVI p. 334) unice rectum esse existimo.

368 20 s *Ἡρακλέους ἔχον ἱερὸν E*, Me.: *Ἡ. ἔχει ἱ.* 220 6] *τὸ Ἡ. ἔ. ἱ. FDC*, Kr. MeD. Hoc *τὸ* repetitione antecedentis *τὸ Ἡράκλειον* in communem fontem codicum *FDC* irrepsit.

410 15 *χωρεῖν E*; 401 12] *-ροῦν FDC*, Kr. Me. MeD. Constructio accusativi cum infinitivo a voce *λέγει* (lin. 8) pendens hoc loco mihi aptior videtur quam accusativus cum participio: quod de magnitudine harundinum Aethiopicarum refertur, non solum ad harundines a rege Maurorum uxori dono missas pertinet, sed ad universum harundinum genus.

424 10 s *ὅτι . . . βυθὸς καὶ κατὰ E*; *διὰ . . . βυθοῦ, καὶ ὅτι κατὰ* 252 5 s] *καὶ* om. *FDC*. Strabo exponere vult, cur utraque Syrtis nautis difficilis sit: earum fundum multis locis esse vadosum et nautas aestibus maris sibi succedentibus in vada illapsos haerere. Videmus igitur illud *καὶ* quod propter easdem vocis *κατὰ* insequentis litteras facile omitti potuit, deesse non posse.

Ceteris autem locis lectiones codicum *FDC* maioris aestimandae sunt. Quas iam afferamus:

[1]) Cf. H. Leopoldi, De Agatharchide Cnidio, diss. Rostoch. 1892 p. 12 s.

II 580 $_{1}$ *Κοτυ* (reliquis litteris una cum margine inferiore recisis) *E*; *Κοτυάειον* 361 $_{1}$] *-τιάιον FD*, *-τιάειον C*. Formam codicis *C* constanter adhibet Stephanus Byz. s. vv. *Γορδίειον*, *Δαρίειον*, *Μενέλαος*.

III 85 $_{17}$ *Καϋστρηνῷ E*; *-ηνὸν* 364 $_{46}$] *-ριανῷ FDC*. Apud Strabonem exstant hoc loco omisso duae formae: *Καΰστριον* III 71 $_{7}$ (*EFDC*) et *Καϋστριανόν* III 71 $_{11}$ (*FDC*); 80 $_{1}$ (*FDC*). Hanc igitur formam *Καϋστριανόν* codices constanter praebere videmus.

85 $_{18}$ *Κιλβανὸν E*; 364 $_{47}$ (Il. *B* 460 p. 254 $_{24}$)] *-βιανὸν FDC*. Codicum formam tuetur Stephanus Byz. s. v. *Ἀσσός*.

147 $_{15}$ *περὶ Χιμαίρας E*; 366 $_{16}$] *π. τῆς Χ. FDC*. Agitur de illo monstro e fabulis satis noto.

297 $_{25}$ *χωρογραφίας E*; 374 $_{36}$] *-ομετρίας FDC*. Geometriam Aegyptiorum non e chorographia i. e. arte locos vel regiones describente, sed e chorometria i. e. arte locos vel regiones metiente provenisse manifestum est. Sed codicis *E* et Eustathii lectionem falsam esse e Strabone ipso III 349 $_{4\,s}$ apparet: *ἀνάγκη δὴ ἀναμετρεῖσθαι* (quod *E* quoque praebet) *πάλιν καὶ πάλιν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν γεωμετρίαν συστῆναί φασιν*.

311 $_{4}$ *Σκηνῆται E*; 382 $_{36}$] *-νῖται FDC*. In priore Strabonis opere codices constanter praebent *-νῖται* I 59 $_{12}$; 198 $_{14}$; 459 $_{19}$, in posteriore autem res in universum ita se habet, ut codices *FDC -ῖται*, *E* autem et secunda manus codicis *D -ῆται* praebeant II 429 $_{10}$; 470 $_{14}$; III 268 $_{9}$; 280 $_{23}$; 281 $_{9}$; 282 $_{3}$; $_{17}$; 283 $_{18}$; 291 $_{7}$; $_{9}$; 310 $_{22}$; 311 $_{4}$; 315 $_{18}$; 330 $_{7}$. Hanc quaestionem disceptat consensus codicum prioris partis.

332 $_{9}$ *κινάμωμον E*; 384 $_{31}$] *κιννά- FDC*. Strabonem formam duo *ν* continentem praetulisse perspicuum est e permultis locis, ubi codices plerumque concordant I 96 $_{23}$; 111 $_{3}$; $_{18}$; 114 $_{24}$; 143 $_{5}$; 170 $_{21}$; 178 $_{2}$; $_{16}$; 179 $_{2}$; 180 $_{8}$; 201 $_{22}$; $_{27}$; 202 $_{8}$; III 318 $_{12}$; 325 $_{24}$; 326 $_{1}$; 332 $_{9}$; 333 $_{8}$; 340 $_{2}$; 345 $_{11}$; 352 $_{8}$; $_{19}$.

b) Eustathius et *E* a codicibus *DC* deficiente *F* abhorrent: non mirum est quod omnibus fere locis Eustathio et epitomae Vaticanae palma tribuenda est. Iam afferam illos locos:

II 358 $_{6}$ *σάμους E*; *-μοι* 322 $_{22}$] *σαμαίους DC*. Eustathium

et *E* verum servasse e Strabone ipso perspicuum est, qui II 123$_{8}$ codicibus *AEBl* consentientibus *σάμους* exhibet.

476$_{13}$ *Ἵμαιον E*, *Ἴμ.* Me.; *Ἰμάιον* 336$_{16}$, Kr. MeD.] *Ἴμεον DC*. Epitomae et Eustathii formae inter se simillimae sunt, Eustathii autem forma sine dubio rectior est (cf. p. 26).

ibid. *ξυνάπτον E*; *συν-* 336$_{16}$] *-οντα DC*. Participium respicit ad vocem *Ἰμάιον*, quae est neutrius generis apud Strabonem I 196$_{14}$; II 462$_{1}$; 476$_{20}$.

556$_{4}$ *Προυσιάς E*; *-ιάδα* 359$_{11}$] *-ίας DC*. Rectum esse accentum, quem *E* et Eustathius praebent, docet Str. lin. 10.

III 358$_{21}$ *αὐτὴν E*; *ἣν* 261$_{20}$] *αὐτὸν DC*. Ptolemaeum Coccem rapuisse non Alexandri corpus, sed arcam auream, in qua Ptolemaeus Lagi filius illud posuerat, e contextu loci elucet.

Peiorem autem lectionem Eustathius et *E* exhibent **II** 446$_{7}$ *πλείω E*; 345$_{40}$] *μείζω DC*. Codicum lectio aptior mihi videtur: Albani non noverunt numerum ultra centenarium.

Disceptari non potest, utra lectio praeferenda sit **II** 490$_{20}$ *Τιβαρηνῶν E*; 337$_{37}$] *-ρανῶν DC*, Kr. Me. MeD. In hoc nomine magna varietas est et codicum et editionum. *E* plerumque *-ρην-* exhibet, sed non constanter (*-ρην-* II 37$_{7}$; 490$_{20}$; 504$_{25}$; 530$_{6}$; 541$_{17}$; $_{21}$ | *-ραν-* II 516$_{21}$ | *-ραν-*, sed *η* sup. *α* scr. I 197$_{6}$); reliqui codices in priore operis parte constanter *-ραν-* habent I 197$_{6}$ *BCl*; II 37$_{7}$ *ABCl*, in posteriore autem codices *DC* deficiente ubique *F* quater exhibent *-ρην-*, ter *-ραν-*. Qua ex fluctuatione concludere velim Strabonem ipsum sibi non constitisse, quod utraque forma usurpari potuit: cf. Steph. Byz. s. v. *Βόσπορος . . . διχῶς γάρ, καὶ διὰ τοῦ ᾱ καὶ διὰ τοῦ η̄, ὡς τὸ Τιβαρανός καὶ Τιβαρηνός*.

3. Iam agamus de eis locis, quibus Eustathius solus *E* deficiente contra alteram stirpem pugnat

a. contra *FDC*:

Meliorem lectionem praebet

III 162$_{24}$ *αὐτοσχεδιάζειν* 369$_{18}$] *ἀπαύστως σχεδιάζειν FDC*, Kr. Me. MeD. Hic locus Strabonianus in numero eorum est, qui viros doctos magnopere torserunt. Re vera codicum lectio valde mira est: *in Tarsensium urbe familiarem fuisse facilitatem de quovis argumento oblato extemplo verba faciendi continenter*

(ἀπαίστως). Itaque illud ἀπαύστως perpetuo viros doctos offendit: haud male Casaubonus[1]), cui adstipulatus est Piccolos[2]), coniecit ἀπταίστως *in dicendo non haesitans*; Coraës scripsit ἀπαυτοσχεδιάζειν usurpans verbum nullo alio loco probatum; Cobetus[3]) αὐτοσχεδιάζειν scribendum esse censuit, qua coniectura codicum litterae α.π plane neglectae sunt. Quibus in angustiis Eustathius meliorem emendandi viam ostendere mihi videtur: exhibet enim ἀποσχεδιάζειν, quod in codice eius exstitisse suspicor. Si recte opinor, verba codicum *FDC* hoc modo orta esse videntur: librarius archetypi illius stirpis, cui codices *FDC* addicendi sunt, idem verbum ἀποσχεδιάζειν in exemplo, ex quo descripsit, legit et, quod paulo neglegentius describebat, illud ἀπὸ prius e calamo effluxit quam oportuit ita, ut scripserit ἀπαύ(σ)τως σχεδιάζειν pro αὔτως ἀποσχεδιάζειν, quod Strabonem scripsisse arbitror.

252 18 βασιλεύσας 396 13] -εύς *FDC*, Kr. Me. MeD. Agitur de epigrammate Cyri monumento inscripto. Participium aptius est, quod alterum participium antecedit. Sensus huius loci est *qui Persis imperium paravi et Asiae regnum adeptus sum.* Ac participium unice rectum esse demonstratur loco Arriani qui anab. VI 29, 8 idem βασιλεύσας exhibet[4]).

279 9 διαβάλλειν 388 11] διαβάλλει *F* in marg. ἐκβ- addito, διεκβ- *DC*, Kr. Me. MeD. Tigris lacum cum *percurrit*, non *percurrit et relinquit* hac in parte dulcem et fluxuosum et piscibus plenum reddit. Codicum lectio sic orta esse videtur: in eorum archetypo exstabant duae lectiones, quae a librario codicis *F* disiuncte servatae sunt, in codice autem, ex quo manaverunt *DC*, in unam confluxerant.

Eustathii lectio minoris quam codicum aestimanda est **III** 120 6 Χαρώνειον 405 20] -νιον *FDC*. Codices formam -νιον conspirantes praebent II 584 19 (*EFDC*); III 98 18.

b. contra *DC* deficiente *F*:

Lectiones praeferendae sunt his locis:

---

[1]) Cf. De satyrica Graecorum poesi et Romanorum satira p. 154 (ed. Rambach, Hal. 1774).

[2]) Cf. Philol. XVI p. 729.

[3]) Cf. Mnemos. N. S. IV p. 203.

[4]) Cf. R. Kunze, Rhein. Mus. LVI p. 333.

II 341_{22} *δ', οἱ* 306_{21}] *θ', οἱ DC*, Kr. Me. MeD. Eustathii quoque plurimi codices illud *θ'* praebent, quod propter sequentem spiritum asperum aequali modo corruptum est atque in codicibus Strabonianis; *δ'* autem exhibent Eustathii codices *C* (antiquissimus) *U*. Et sine dubio hoc *δ'* unice verum est, quod singulae res oraculo laudato commemoratae, quibus singulae terrae insignes sunt, una alteri oppositae sunt (cf. Athen. VI 8 p. 278; Suid. s. v. Ὑμεῖς).

23 *τοὺς Χαλκιδέας λέγων . . . Ἀρεθουσίους* 306_{25}] *τ. Χ. λ. ὡς ἀρίστους DC*, Kr. Me. MeD. Agitur de interpretatione oraculi Chalcidensibus dati. Eos, qui aquam Arethusae fontis bibant, *fortes* (*ἀρίστους*) appellari ex oraculo ipso tam dilucide apparet, ut explicatione huiusmodi non opus videatur. Sed illa oraculi verba intellegenda esse de Chalcidensibus explicari necesse est.

405 $_{48}$ *δι' ἐπῶν* 235_{6} (Il. *B* 648 p. 313_{17})] *διὰ τῶν ἐ. DC*, Kr. Me. MeD. Significant haec verba idem ac *versibus epicis* vel *modo epico*.

415 $_{8}$ *τοὺς ἐνοικοῦντας* $320_{21\,s}$] *τ. πλείους DC* [1]), Kr. Me. MeD. Pro *τοὺς πλείους* Tyrwhittius et Toupius Kramero probante coniecerunt *τοὺς Μηλίους*, quod Eustathius in codice suo legisse videtur (cf. Thuc. V 116_{4}).

420 $_{13;\,18}$ *Γοργόνος* $319_{7;\,8}$] *-νης DC*. Apud Strabonem hae formae inveniuntur: I 29_{11} *ἡ Γοργὼ* (*ABCl*); 33_{17} *αἱ Γοργόνες* (*ABCl*); II 20_{12} *τῶν Γοργόνων* (*ABCl*), e quibus apparet genetivum *-όνος* apud Strabonem fuisse usitatum [2]).

421 $_{6}$ *Λέρος* 320_{29}; Me.] *Λερία DC* [3]). Kr. MeD. *Λέρος* haec insula constanter a Strabone appellatur II 421_{16} (*DC*); 424_{7} (*DC*); III 96_{24} (*FC*).

426 $_{5}$ *ἑσπέρας* 336_{15}] *ἑσπερίας DC*. Eundem codicum errorem invenimus II 393_{1}.

435 $_{12}$ *Ἡνιοχίαν C*; 339_{37}] *-χείαν D*. Etiamsi Stephanus Byz. s. v. eandem formam ac *D* praebet ipso Strabonis loco laudato, tamen illam scripturam, qua Eustathius et *C* concinunt ita ut communis duarum stirpium archetypus eam

[1]) De hoc loco idem dicendum est, quod p. 9 adnotavi.

[2]) Cf. Krameri notam ad II 420, 13.

[3]) Ad hunc quoque locum quadrat, quod p. 9 adnotavi.

exhibuisse videatur. praeferendam esse ego quoque censeo (cf. Krameri notam ad h. l.).

445 13 *Κυκλώπειος* 345 37] *-πεον D*, *-πιον C*. Adiectivum *Κυκλώπειος* Strabo etiam II 170 5 adhibuit codicibus *AEBl* consentientibus.

464 1 *Σάκαια* 347 45] *-κα DC*. Falsam lectionem codicum correxit ex coniectura Casauboni Tzschuckius; cf. Steph. Byz. s. v. *Ζῆλα*, ubi libri simili modo corruptum exhibent *Σάκεα*.

485 9 *ἄνδρες δεινοὶ πετροβατεῖν καὶ ἀκοντισταὶ ἄριστοι* 345 48 s] Omnia usque ad voculam *καὶ* omittunt *DC*, Kr. Me. MeD. Supra vidimus codices *DC* quibusdam lacunis, quarum Kramerus (cf. praef. p. LXXVII s) plures enotavit, mutilatos esse. Illae lacunae codicum *DC* apparent, quod codices *EF*, qui illis omnibus locis exstant, cum codicibus *DC* collati eas palam fecerunt. Hoc autem loco praeter Eustathium nullum codicem habemus, quocum codices lacunosos conferre possimus. Cum vero Eustathii codicem a lacunosis longe distare me sufficientibus argumentis supra demonstravisse censeam, non video, cur non hoc quoque loco in codicibus *DC* lacuna statuenda sit, praesertim cum Eustathius se Strabonem exscripsisse ipse dicat. Quam ob rem Tzschuckius et Coraës secuti Berkelium (cf. ad Steph. Byz. p. 434) recte in textum receperant illa Eustathii verba, quae recentes editores inde a Kramero eiecerunt.

532 3 *Βρίγες* (*Βρύγες* codd. exc. *Em*) 351 9] *Βρέγες DC*. Praeter codicum formam aperte falsam invenitur in epitome Palatina *Βρύγες*, quod Eustathii quoque plurimi codices habent et editores Strabonis inde a Kramero illis nixi in textum receperunt. Sed codicum *Em* Eustathianorum formam tuentur Herod. VII 73 et Steph. Byz. s. v. Quam ob rem *Βρίγες* in textu reponendum est, id quod Herwerdenus iam flagitavit[1]).

552 21 *ὀρυκτοὶ ἅλες* 354 5 s] *ἅλαι* (*ἅλες*, sed *αι* sup. *ες* pr. m. add. *D*) *ὀρυκτῶν ἁλῶν DC*, Kr. Me. MeD. Kramerus codicum verba, quamquam eis pleonasmus inest, in textu posuit nixus praeter codicum memoriam his fundamentis: II 526 4 praebent iidem codices *ἀπὸ τῶν ἁλῶν, ἃς παραρρεῖ*. Concedendum est Kramerum utroque loco optimos codices secutum esse, sed recor-

[1]) Spicil. Strabon., Mnemos. N. S. XV p. 448.

demur, quot detrimenta hi codices acceperint illis locis, ubi *EF* Eustathius in eorum certamen descendunt! Quam facile secundo loco illud *ἃς* propter duas vocis insequentis litteras *α* ex *οὓς* corrumpi potuit? Tum nixus est Kramer eo, quod *ἅλαι* inveniatur in glossis et apud Dion. Hal. ant. II 55, ubi nominativum *ἅλαι* elicit e genetivo *ἁλῶν*, ex quo eodem iure nominativus *ἅλες* effici potest; praeterea admonet de illo pagorum Atticorum nomine *Ἁλαί* (cf. notam ad II 526_{4}). Quae omnia minime certa mihi videntur. Iam dixi loco pleonasmum inesse: *salinae salem fodiendum continentes.* Deinde usus Strabonianus codicum memoriae obstat; constanter enim illae salinae appellantur *ἅλες* vel saepius *ἅλες ὀρυκτοί*: I 75_{12} *ἅλας τε καὶ νῦν ἔτι εὑρίσκεσθαι πολλούς* (*ABCl*), 221_{9} *ἅλες τε ὀρυκτοὶ παρ᾽ αὐτοῖς εἰσι* (*ABCl*), 283_{18s} *ὕδατα καὶ ἁλυκίδες ἐνίσιανται καὶ ἅλες* (*ABCl*), 352_{26} *τοὺς* (*AB*, *τὰς Cl* et in litura pr. m. script. in *B*) .. *ἅλας*, *οὓς* (*B*, *ἃς ACl*) .. Codices titubare videmus, sed hoc argumento non indigemus, quod sufficientem numerum aliorum habemus: II 549_{12s} *ὀρυκτοὺς ἅλας* (*DC*), III 204_{10} *ὀρυκτῶν ἁλῶν ὄρος* (*EFDC*). 401_{13s} *ὀρυκτοὶ δὲ ἅλες* (*EFDC*). Accedit quod Eustathius in codice suo legisse videtur *ὀρυκτοὶ ἅλες*. Quibus ex causis Strabonem *ὀρυκτοὶ ἅλες* scripsisse suspicor. Lectio autem codicum *DC* ex eo fluxisse videtur, quod *ἅλαι* a quodam lectore docto in margine positum paulatim in verborum contextum irrepsit ita, ut genetivum *ὀρυκτῶν ἁλῶν* secum traxerit.

Nonnullis locis Eustathius minoris aestimandus est quam codices *DC*:

II 424_{15} *Καλύδνιον* 321_{16}] *Καλύμνιον* *DC*. Mel Calymnium vocatur a Calymna insula, cuius Strabo antea saepius mentionem fecit: II $424_{4;\,6;\,7;\,9}$.

435_{11} *Φθίαν* 339_{16}] *Ἀχαΐαν DC*.

441_{2} *δέρας* 340_{37}] *δέρος D*, *δέρας* (sed *δέρος* sup. add.) *C*. Praeferendum est *δέρος*, quod I 71_{17} omnes codices praebent.

509_{7} *εὐρυδίνης* 369_{43}] -*ρυοδ*- *DC*. Kr. MeD., quam formam praebent omnes codices (*ABCl*) I 80_{16}, ex quo loco praeterea perspici potest lectionem *ἀργυροδίνης*, quam Kramerus unice veram esse putavit et Meinekius Muellero et Duebnero probantibus in textu posuit, a Strabone non profectam esse.

Nituntur editores eo, quod hanc lectionem epitome Palatina exhibet. Sed huic, cum non constet, quae ratio sit inter eam et codices posteriorem partem continentes, adhuc nimia auctoritas non tribuenda est Rectius hanc lectionem epitomatori deberi puto.

531 21 *Σίντοι* 351 5] *-τοί* (cf. Krameri add. et corr.) *DC*, qui praeter hunc locum eundem tenorem habent II 358 12; cf. Steph. Byz. s. v. *Σιντία, οἱ ἐνοικοῦντες Σιντοί ὀξυτόνως.*

4. Paucis locis Eustathius cum codicibus alterius stirpis concinens ab *E* dissentit. Quod istis locis Eustathius una cum codicibus *FDC* praebet, in communi ambarum familiarum fonte infuisse verisimile est, unde explicatur discrepantias epitomae Vaticanae, quae non ad codicem usurpatum sed ad neglegentiam epitomatoris referendae esse videntur, una excepta omnes falsas esse.

Verum una cum *FDC* exhibet his locis:

III 42 18 *πλείους τῶν* 323 17; *FDC*] *τῶν* om. *E*.

177 21 *Σόλιοι* 372 10; *FDC*] *-λοι E*. Cives urbis, quae vocatur *Σόλοι*, in Cypro sitae appellari *Σόλιοι* apparet e Stephano Byz. s. v. *Σόλοι, ὁ πολίτης Σολεύς καὶ Σόλιος.*

192 7 *χωμάτων* 402 30; *FDC*] *χώματος E*. Urbes Indiae eodem modo atque Aegypti et Aethiopiae non in uno eodemque aggere, sed in multis aggeribus exstructae esse possunt: cf. S. III 350 22s *αὗται* (sc. urbes Aegypti) *δὲ ἐπὶ λόφων αὐτοφυῶν ἢ χωμάτων ἵδρυνται, πόλεις τε ἀξιόλογοι καὶ κῶμαι.*

205 18 *ἔθνη* 403 2; *FDC*] *τὰ ἔ. E*. Articulus verborum contextum turbat.

241 15 *Ἀραχωτοί* 398 40; *FDC*] *-ῶται E*. Codices constanter *F* in tenore tantummodo a *DC* interdum discrepante scribunt *-τοί* II 466 16; III 240 5; 241 15; 23; 242 20. *E* quoque cum codicibus conspirat II 466 16, omnibus aliis locis servat *-χῶται*.

264 7s *καταλυθέντων τῶν Περσῶν* (sic!) 388 33s; *μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν FDC*] *κατὰ* pro *μετὰ E*. Adverbium *παραχρῆμα*, quod praepositioni antecedit, indicat Strabonem non *κατὰ*, quod Kramero non displicet, sed certe *μετὰ* scripsisse, ut hunc locum *illico Syris eversis* interpreter. Praeterea Eustathii participium aoristi codicum praepositioni favet.

285 3s *κατὰ ἕκαστον κτίσμα* 380 7s; *καθ' ἑ. τὸ κ. FDC*] *τὸ κ.* om. *E*. Quod epitomae deest, desiderari non potest.

323 8s *ὡς ἀποθηριουμένης αὐτῶν τῆς σαρκός* 326 24; *ἀπ. αὐτ. τ. σ. FDC*] *ἀποτεθ. τ. σ. αὐτ. E*. Quae Strabo refert, tempore praesenti fieri solent. Itaque perfectum epitomae falsum est. Praeterea Strabo haud dubie vocem *αὐτῶν* ante *τῆς σαρκός* posuit.

333 20 *ἐμφαινομένης* 225 9; *FDC*] *φαι- E*. Verbum *ἐμφαίνεσθαι* proprie adhibetur de rebus, quae ex aliis rebus refulgent: cf. Plat. rep. III 402 b . . *εἰκόνας* . . *εἴ που ἢ ἐν ὕδασιν ἢ ἐν κατόπτροις ἐμφαίνοιντο*; Arist. meteor. I 8, 10; Xen. Cyr. I 4, 3; Plut. Cat. mai. 7; Alcib. 4.

422 12 *Λωτοφάγων δὲ γῆ* 307 46s; *τὴν τῶν Λ. γῆν FDC*] *τὴν Λωτοφαγῖτιν γῆν E*.

E scripturam praeferendam exhibet **III** 394 18 *καταρράκτης* 257 38; *FDC*] *-αρά- E*. Constanter *E* praebet *-αρά-*; tribus locis etiam *FDC* cum *E* consentiunt III 150 18; 346 9; 348 3, ceteris autem codices inter se dissentiunt III 249 23; 268 19; 394 20 aut concinentes praebent *-αρρά* III 394 18; 395 1; 5.

5. Postremo tractemus illos locos, quibus Eustathius et a codicibus *FDC* et ab epitoma *E* discrepat. Cum eius codex a nullo ambarum stirpium dependeat, nemini dubium est quin istis quoque locis auctoritatem sibi vindicare possit. Sed in universum quidem non perperam me opinaturum esse censeo Eustathium ea, quibus ambae stirpes conspirant, in suo quoque codice inventa suo arbitrio commutasse.

Solus exhibet rectum his locis:

II 520 12 *Σαγγίαν* 359 24] *-αγί- EDC*. *Σαγγία* pagus et *Σαγγάριος* (cf. lin. 11) amnis, quem fontes habere in illo pago Strabo dicit, certe cohaerent. Itaque quod codices (*EC*, cett. om.) nomen fluminis duplici *γ* scriptum exhibent, non dubium est quin pagi quoque nomen eodem modo scribendum sit. Praeterea Eustathii forma exhibetur palimpsesto Cryptoferratensi (Cozza V fr. 175).

III 147 8 *Τελμησσός* 368 43; Kr. (*-λεμ-*) Me. MeD.] *-μισσ- E*, *F ε* sup. *ι* pr. m. add., *-μεσσ- DC*. Nullo alio loco Strabonis haec Lyciae urbs commemoratur. Formam *Τελμισσός* Stephani quoque libri s. v. praebent, sed hunc scripsisse *Τελμησσός* ex

eo elucet, quod hanc formam Eustathius p. 368$_{10ss}$ legit et Stephanus ipse vocem *Τελμήσσιος* (quam libri praebent) cum *Λυρνήσσιος* comparat (cf. Mein. ad l. l. Steph.).

14 *ἄκρας* 366$_{15}$ (Il. *Ζ* 181 p. 635$_{16}$)] *κράγας* *EFDC*. Codicum vox non exstat.

235 15 *Ὠριτῶν* 398$_{33}$; Kr. Me.] *-ρειτ-* *EFDC*, MeD. — 17 *-ίτας* 398$_{34}$, *-ῖται* 399$_{6}$; Kr. Me.] *Ὠρεῖται* *EFDC*, MeD. Strabonis codices infra quoque 239$_{15}$; 240$_{3}$ *Ὠρεῖται* habent, sed Stephanus s. v., qui nostrum Strabonis locum affert, formam *Ὠρῖται* exhibet. Populum Indicum ita vocari, ut distinguatur a populo *Ὠρεῖται* vocato, qui Oreum urbem Euboeae incolit, Eustathius ipse antea p. 398$_{23ss}$ exposuit.

262 13 *Νίνος* 352$_{17}$] *-ῖ-* *EFDC*. Codices constanter *-ῖ-* praebent (cf. p. 26s), sed Stephanus s. v. exhibet *-ί-* hunc Strabonis locum laudans.

323 7 *τῶν ἀκριδοφάγων Αἰθιόπων* 326$_{22}$] *Ἀκριδοφάγοι* om. *EFDC*, sed pr. m. add. in marg. *F*. Desideramus in Strabone accuratiorem designationem Aethiopum, de quibus agatur. Itaque Coraës Diodoro III 28 collato recte addidisse mihi videtur *οἱ Ἀκριδοφάγοι*, quod Eustathius quoque nisi legit addendum esse censuit.

424 9s *πολλὴ δὲ ἡ . . χαλεπότης διὰ τὸ . .* 252$_{4s}$] *ἡ χαλεπότης . . μικρᾶς, ὅτι . .* *EFDC*. Post vocem *μικρᾶς* aliquid excidisse inter omnes editores constat. Groskurdius[1]) *ἐκ τούτου γίνεται* vel simile supplendum esse censuit, Kunzius (Rh. M. LVI p. 336) Eustathii auxilio scribendum esse opinatur *μικρᾶς πολλή, ὅτι*. Equidem dubitem an eadem lacuna in Eustathii codice hiaverit, sed si suppleverimus quod Eustathius nisi in codice invenerat supplevit, nulla offensio relinquetur.

Lectiones peiores solus praebet:

II 496 1 *διαξέειν* 388$_{10}$] *-ξαίνει* *EDC*.

521 18 *τῆς Τροίας* 287$_{26s}$] *τ.* om. *EDC*. In hac verborum coniunctione Strabo voci *Τροία* articulum adponit II 265$_{5}$, sed omittit II 117$_{13}$; 560$_{3}$.

III 332 9 *κινάμωμον* 384$_{31}$] *-ιννά-* *EFDC*. Strabonem formam *-ιννά-* usurpasse iam p. 29 ostendi.

[1]) Cf. Strabons Erdbeschreibung verdeutscht adn. ad h. l.

387 13 *Μεμνόνειον* 315 12] *-όνιον EFDC*. Codices Straboniani forma *-όνιον* ubique consentiunt III 248 11; 387 13; 388 3; 4; 391 26; 392 13.

Nominis formam apud Dionysium inventam servat, quamquam in codice Straboniano aliam invenit **II** 495 11: apud Dion. Per. v. 988 (cf. schol. ad h. l.) invenerat *Θωνῖτις* (cf. E. 387 40), quam ob rem 388 8 scribit *Θωνῖτιν*] *Θωπῖτ-* praebet *E*, *-πῆτ- DC* (cf. Krameri notam ad l. l.).

3. De nonnullis emendationibus Eustathianis[1]).

Eust. 225 15 *καὶ οἰκήσαντος*] *κ. κατοι- MU*; *ἀποίκους στεῖλαι* Strab. III 334 6. Verbum compositum *κατοικεῖν*, cuius praepositio *κατ-* propter *καὶ* antecedens in codicibus facile excidere potuit, et melius concinit cum verbis Strabonis et rem ipsam accuratius designat: Eustathii multum intererat dicere Erythram ad mare Erythraeum non solum *habitavisse*, sed *primum consedisse* ita, ut mare nomen ab eo acciperet.

38 *καὶ ἐκ*] *καὶ* om. *U*; III 400 6. Praeter rationem vitae neque Strabo neque Eustathius quicquam affert. Itaque Muellerus illud *καὶ* omittendum esse recte suspicatur.

262 25 *προσεχέστατον*] *πρὸς ἔσχατα* codd., Be.; *π. -τον* III 354 19 codd. Falsam esse Strabonis codicum lectionem demonstrare non necesse est; editores Casauboni coniecturam *προσεχέστατον* iure in textum receperunt. Apud Eustathium autem, quod codex adhibitus ei idem praebuit quod codices superstites, *πρὸς ἔσχατα* reponendum est.

311 27 *ὁμωνυμοῦσα*] *ὁμώνυμος* II 398 2. Participium *ὁμωνυμοῦσα* confluxisse ex *ὁμώνυμος οὖσα* suspicor, quod apud Eustathium verbum *ὁμωνυμέω* nusquam, ni fallor, occurrit.

45 *Χελιδονίαι Ed*] *-δόνιαι*, Be.; III 148 20. Haud dubie accentus plurimorum codicum atque Strabonis ponendus est (cf. Muelleri notam ad h. l.).

314 27 *τοῦ Καλλινίκου*] *τ. τε Κ. CELY*; III 293 2.

315 45 *Θάσος· τὸ Πάριον*] *Θ. καὶ Π.* II 419 13. In Eustathii textu, qualem editores praebent *τὸ Πάριον* nullo modo

[1]) Quam rationem adhibuerim in emendationibus Eustathii tractandis, vide p. 20 s.

cum verbis antecedentibus cohaeret. Eustathium vero hoc loco Parium urbem a Pariis aedificatam esse narrasse apparet e contrario p. 316$_{68}$ *Τινὲς δὲ ἀνάπαλιν τὸ Πάριον ἀπὸ τῆς Θάσου εἶπον ἀποικισθῆναι.* Inde igitur concludendum est Eustathium priore loco de Pario a Pariis aedificato verba fecisse. Itaque hunc locum iam Kunzius (Rh. M. LVI p. 338) sanare studuit, qui Strabonis ope proposuit articulum *τὸ* ante *Πάριον* in *καὶ* mutari aut articulo *τὸ* praeponi *καὶ*. Priorem emendationem commendare velim, quod idem Strabo exhibet.

320$_{21}$ *πέμψαντες ἡβηδὸν*] *π. στρατείαν ἡ.* II 415$_{8}$. Apud Eustathium vocem *στρατείαν* desiderari videmus: ego quoque suspicor hanc vel similem vocem non in Eustathii codice Straboniano vel ab Eustathio, sed ab Eustathii librariis omissum esse. Quam ob rem Muellerum iure *στρατείαν* inseruisse censeo, nisi quod forma *στρατιάν*, quam Coraës proposuit, rectior mihi videtur.

339$_{35}$ *στρατείας*] *-τιᾶς d*; II 435$_{11}$, quod scribendum.

345$_{40}$ *νόμους*] *νομίσματι* II 446$_{6}$. Eustathius in suo codice aliam lectionem invenisse potest quam codices superstites exhibent, sed eum eandem legisse et *νόμισμα* pro *νόμους* scripsisse mihi quidem verisimilius est.

ibid. *ἀριθμοὺς m*] *ἀριθμεῖν* Be.; *ἀριθμὸν* II 446$_{7}$. Codice *m*, qui e numero deteriorum est, solo nisus Muellerus *ἀριθμοὺς* in textum recepit, quod male concinit cum voce *πλείω*. Codices reliqui praebent *ἀριθμεῖν*, cui recti vestigium inest; sine ulla dubitatione consensus cum Strabone restituendus est ita, ut ex *ἀριθμεῖν* eliciamus *ἀριθμόν*.

350$_{28}$ (*ἐφ' Ὁμήρου*)] om. II 531$_{15}$. Recte suspicatus est Bernhardyus haec verba e lin. 30 huc translata esse, id quod confirmatur Strabonis loco. Ex adnotatione lectoris in verba Eustathiana irrepsisse videntur. Itaque eicienda sunt.

360$_{37}$ *ἡ Πισιδία*] *ἡ Πισίνη Πισιδία C*; *ἡ πρὸς Πισιδίαν* II 580$_{11}$. Agitur de singulis partibus Magnae Phrygiae, quibus Pisidiam non adnumerandam esse manifestum est. Quam ob rem editores iure sanando huic loco operam navarunt. Optimum est, quod Muellerus scribendum proposuit: *ἡ Πισιδικὴ* vel *ἡ πρὸς Πισιδίαν* vel *ἡ πρὸς Πισιδίᾳ*, quarum emenda-

tionum secunda duabus aliis eo praestat, quod et e corruptis verbis vetustissimi codicis *C* elucere videtur et cum Strabone prorsus concinit.

364 46 *Καϋστριανὸν*] *-ρην-* codd., Be.; *-ρηνῷ* III 85_{17} *E*. Quod apud Strabonem falsum est (cf. p. 29), apud Eustathium certe reponendum est, quia in omnibus Eustathii codicibus atque in epitome *E* exhibetur. Idem iudicandum est de emendatione sequenti:

47 *Κιλβιανόν*] *-βαν-* codd., Be.; III 85_{18} *E*. Cf. p. 29.

365 40 *Ἀναΐτιδι*] *Ταναΐτιδι* codd.; *Ταναΐτις* II 501_{24} epit. Pal., *Ταναΐδος* codd. Non dubito quin Eustathius falsam formam *Ταναΐτιδος* (recta est *Ἀναΐτιδος*), quam etiam Il. Ξ 295 p. 987_{11} exhibet, in suo quoque codice legerit; quam ob rem codicum omnium *Ταναΐτιδι* retinendum est.

367 4 *Τερμησσὸς*] *Τελμισσὸς* codd., Be.; III 149_{11} *E*, *-ισὸς* *FDC*. Falsum igitur Strabonis (rectum *Τερμησσός*) apud Eustathium servandum est.

368 33 *Κιβύρης*] *-ύρρας* *CY*; *-ύρας* III 89_{4} (*EFDC*). Duplex littera *ρ* codicum *C* (vetustissimi) *Y* (optimi) mendosa est, sed in terminatione *-ρας* eorum atque Strabonis auctoritatem sine dubitatione sequor. Scribendum igitur *Κιβύρας*.

43 *Τελμησσὸς* (sc. ἄκρα), *-μισ-* Be.] *-μίσης* *C* (*-μισσὶς* Il. Z 181 p. 635_{16}); *-μησσὶς* III 147_{8}. In hoc nomine codices magnopere vacillant (cf. Krameri notam ad l. l.). Eustathium autem scripsisse *Τελμησσ-* auctoritate omnium fere codicum confirmatur, sed eum hoc nomen etiam terminatione *-ὶς* exornavisse suspicor e tribus causis: primum enim in forma codicis *C* litterae *η* et *ι* permutatae videntur, deinde terminatio *-ὶς* in commentariis Homericis exhibetur, postremo in Strabonis codice hanc terminationem legit. Itaque scribere velim *Τελμησσὶς*.

369 39 *προβάλλει*] *προσβ-* *CDY*; *προσπίπτει* II 509_{3}. Scribendum *προσβάλλει*.

372 25 *Κομμαγηνὴν*] *-γην-* III 284_{2}. Dionysius Per. v. 877 utitur metri causa forma *-γεην-*, qua de re Eustathius ipse admonet p. $372_{18\,s}$ *διὰ μέτρον ὀρθότητα*, ut perspicere possimus eum *-γην-* existimasse formam vulgatam (cf. $372_{11;\,20}$). Itaque lin. 23 et hoc loco *-γην-* scribendum esse censeo.

374 36 *χωρομετρίας*] *-ογραφίας* codd., Be.; III 297 25 falso *E*, recte (cf. p. 29) *-ομετρίας FDC*. Reponendum *-ογραφίας*.

380 10 *τὸ δεύτερον δὲ*] *δὲ* om. *C*; *τὸ δὲ δεύτερον* III 285 6 s. Concinnitas verborum postulat, ut *δὲ* eodem loco legatur quo apud Strabonem: *τὸ μὲν (οὖν) πρῶτον* (E. lin. 8: S. 4) .. *τὸ δὲ δεύτερον* (10 : 6 s) .. *τὸ δὲ τρίτον* (11 : 7 s) .. Praeterea codex *C* illud *δὲ* omittit, unde suspicor id librario ante vocem *δεύτερον* propter aequabilitatem litterarum initialium in calamo haesisse; idem peccatum librarii ceterorum codicum commisisse et, quod *δὲ* desiderabatur, falso loco addidisse videntur.

380 42 *Ἰστέον δὲ*] *γὰρ* pro *δὲ DKLY*. Rectius mihi videtur *γὰρ*, quod Eustathius ea, quae antea contendit, in sequentibus copiosius disserit.

382 36 *Σκηνῖται*] *-νῆται* codd., Be.; III 311 4 falso *E*, recte (cf. p. 29) *-νῖται FDC*. Reponendum *-νῆται*.

388 16 *ἀπὸ Νιφάτα ὄρους*] *ἀ. -τον ὄ. d*, *ἀ. -τως ὄ. C*; *ἀ. τῆς κατὰ τὸν Νιφάτην ὀρεινῆς* II 496 8 (*EDC*). E scriptura *-τον* codicis *d* elicio *-του*, quod Eustathio reddendum esse censeo (cf. schol. ad Per. 988 *ἀπὸ τοῦ Νιφάτου ὄρους*).

20 s *τὸν Νιφάταν*] *ὁ Νιφάτης* II 491 20 (*EDC*). Eustathium lin. 16 scripsisse *Νιφάτου* verisimile est. Unde sequitur ut hoc quoque loco consensum cum Strabone restituere debeamus *Νιφάτην* corrigentes.

395 22 *ἧς τὰς ὠφελείας ξ' διαριθμοῦνται*] *τῶν ξ'* pro *ξ' CDLy*; *ἐν ᾗ τὰς ὠφ. τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα διαρ.* III 273 5 s. Quod Eustathii verba, qualia in codicibus exhibentur, intellegi non possunt, editores[1]) emendare studuerunt. Ac frustra sanare conati sunt, quod subsidiis artis criticae non sufficientibus indagare praetermiserant, quo ex fonte Eustathius hunc locum hausisset. Adhibuit enim Strabonem III 273 5 s *φασὶ δ' εἶναι καὶ Περσικὴν ᾠδήν, ἐν ᾗ τὰς ὠφελείας τριακοσίας καὶ ἑξήκοντα διαριθμοῦνται*, ubi agitur de quodam cantu Persico, quo trecentas sexaginta utilitates palmae arboris enumerari aiunt. Quem locum Eustathius antecedentibus talem adnexuit, qualem apud Strabonem invenerat, unde sequebatur ut iste locus palma non commemorata a lectoribus non intellegeretur. Et ex hac causa errores

[1]) Cf. Muelleri notam ad h. l.

librariorum derivandi sunt. Strabonis ope hunc locum optime sanavit Kunzius (Rh. M. LVI p. 337): codices CDLg ante ξ' praebent τῶν, cui praeponendum esse πλείους cum errore censuit Muellerus. Illud τῶν autem certe provenit e τ', nota numerali τριακόσιοι significante. Iam si cum Kunzio scribimus τξ', Eustathius numero plane cum Strabone conspirat. Atque ut locus prorsus emendetur, corrigimus in ἣ illud ἧς, quod mendum hoc modo ortum esse opinor: Eustathius omiserat nominare, cuius de utilitatibus ageretur. Itaque librarii cautui has utilitates falso tribuerunt. Post ὠφελείας autem addatur ⟨τοῦ φοίνικος⟩, non quod Eustathius ita scripserit, sed ut locus recte intellegatur. Ut demonstretur Strabonis numerum recte traditum esse, liceat afferre Plut. quaest. conviv. VIII 4 *Βαβυλώνιοι ὑμνοῦσι καὶ ᾄδουσιν, ὡς ἑξήκοντα καὶ τριακόσια χρειῶν γένη παρέχον αὐτοῖς τὸ δένδρον.* Est igitur apud Eustathium legendum ἣ τὰς ὠφελείας ⟨τοῦ φοίνικος⟩ τξ' διαριθμοῦνται.

397 29 s *Γεδρωσιανοὺς κατὰ τὸν Γεωγράφον. Λέγονται δὲ καὶ Γεδρωσηνοί*] Quod codices exhibent, tolerari non potest, nisi Eustathium erravisse existimare volumus, quod forma Γεδρωσιανοί apud Strabonem nusquam nobis occurrit. Strabo illum populum appellat Γεδρωσίους III 239 25; 240 3; 241 23 vel Γεδρωσηνούς III 241 15. Quod igitur Γεδρωσιανοί nusquam apud Strabonem invenitur, Coraës (ed. vol. IV p. 320 s) optime proposuit illa verba κατὰ τ. Γ. referri ad λέγονται δὲ καὶ Γεδρωσηνοί, ut Eustathius hoc loco S. III 241 15 ob oculos habuerit. Voculam vero δέ, quam post κατὰ poni vult Coraës, de suo loco movere non necessarium esse arbitror.

404 36 *καὶ στελέχη παντηγήσιμα*] κ. ἄλλα παντοῖα στ. ναυπ. III 202 11. Verba Eustathiana, ut exhibentur, significant arbores antea enumeratas ad naves aedificandas non aptas fuisse. Talem autem errorem Eustathio tribuere non possumus. Quare aut illud καὶ ante στ. delendum est, ut verba στ. ναυπ. appositionis locum obtineant, aut Strabonis ope ἄλλα ante στ. vel post ναυπηγήσιμα, ubi propter similem verborum finem facile omitti potuit, supplendum est, quibus ex emendationibus Kunzii (p. 338) ultima mihi maxime placet.

Caput II.
De Herodoti codice.
A. Quae ratio intercedat inter Eustathii codicem et superstites libros manuscriptos.

Recentiores editores [1]) e magno codicum Herodoteorum numero praecipue in textu constituendo respiciendos elegerunt Florentinum sive Mediceum *A* (X^{mi} saec.) Angelicanum *B* (XI^{mi} saec.) Laurentianum *C* (XI^{mi} saec.) Parisinum *P* (XIII^{mi} aut XIV^{mi} saec.) Romanum *R* Sancroftianum *S* Vindobonensem *V* Laurentianum *d* (omnes XIV^{mi} saec.). Hos codices viri docti distribuerunt in duas familias, quarum alteri a codice *A* Florentinae vocatae codices *ABC* et codicis *d* partem posteriorem inde a II 134 incipientem (d^{II}), alteri a codice *R* Romanae vocatae codices *RSV* et codicis *d* partem priorem usque ad II 133 pertinentem (d^{I}) attribuunt. Puram utriusque stirpis memoriam praebent *AB* et *RSV*, in codices autem *Cd* interdum lectiones alterius familiae irrepserunt. Utri familiae *P* addicendus sit, non certum est. Steinius (praef. p. XXII) eum Romanis, Petersius [2]) Florentinis adnumerat, sed rectius iudicasse mihi videntur Abichtius [3]) et Kallenbergius [4]), qui eius archetypum e codicibus utriusque stirpis contaminatum esse censent.

Iam nobis quaerendum est, utri stirpi codex Eustathii addicendus sit.

Inveniuntur apud Eustathium permulti loci, qui cum codicibus Romanis conspirantes contra Florentinos pugnant. His locis etiamsi una cum codicibus Romanis persaepe unice rectas

[1]) Cf. Herod. hist. rec. H. Stein, Berol. 1869 praef. p. 5 ss; rec. A. Holder, Lips. 1886 praef. p. 5 ss; rec. C. Hude, Oxon. 1908 praef. p. 5 ss.

[2]) Cf. Peters, De recensendis Herod. histor. libris, diss. Wismar. 1884 p. 13 ss.

[3]) Cf. Abicht, De codicum Herod. fide atque auctoritate, Progr. d. k. Landessch. Pforta 1869 p. 37 ss. Iterum hanc sententiam protulit ‚Die Wien. Handschr. des Her.‘, Progr. v. Öls 1888 p. 17.

[4]) Cf. Philol. XLIV p. 740.

Herodoti lectiones praebet, tamen earum numerus tantus est, ut hunc consensum casu ortum esse putare non possimus. Eum librariosque codicum Romanorum totidem fere locis fortuito in easdem falsas lectiones incidisse multo minus credere possumus. Codicem *P* modo ad Eustathium et codices Romanos modo ad Florentinos inclinare ex eis, quae de eius indole dixi, satis explicatur. Iam afferam illos locos:

Her. II 3 22 [1]) *Ἡλιουπολῖται CPβ* [2]); Eust. 258 38] *-λιοπ- α* (exc. *C*). **ibid.** *λογιμώτατοι β*; 258 38] *-γιώτ- αP*. **10** 16 *ἐξιὼν β*; 298 25] *ἐξιεὶς αP*. **17** 22 *ἀπὸ Pβ*; 257 13] *ἐκ α*. **33** 6 *Ἰστριηνοὶ PVd*, *-ριηνοὶ R*; *-ριανοὶ* 362 29] *-ρίην οἱ αS*. **77** 7 *ὑγιεέστεροι* (*ὑγιέστ.*) *β*; 263 38] *ὑγιηρέστατοι αP*. 8 *ἀνδρῶν Pβ*; 263 38] *ἀνθρώπων α*. **104** 17s *ποταμὸν καὶ Παρθένιον β*; 352 14s] *κ. Π. π. αP*. **105** 2 *ζωὴ β*; 340 28] *ζόη αP*. **146** 8 *ἐνερράψατο Pβ* (*ἀνερρ- S*): 405 13] *ἐράψ- α* (*ἐρράψ- d*). **III** 5 22 *Συρίων β*; *-ρίους* 352 12] *-ροι αP*. **60** 6 *ὕδωρ β*; 322 12] *τὸ ὕ. αP*. 7 *διὰ σωλήνων β*; 322 12s] *δ. τῶν σ. αP*. **112** 7 *Ἀράβιοι καλέουσι Pβ*; 382 27] *κ. Ἀ. α*. **115** 11 *βάρβαροι Pβ*; 221 25] *βαρβαρικὸν α*. **IV 12** 19 *οἴκηται β*; *-κεῖν-* 351 36] *-κισι- αP*. **20** 18 *ἔρημος β*; 271 43] *ἐρ. ἐστι αP*. **30** 20s *κατάρης τευ Pβ*; *τινος κατάρας* 293 2] *τ.* om. *α*. **45** 5, 7, 8 *ἀπὸ Pβ*; 264 30, 31, 33] *ἐπὶ α*. 14 *Τυρίης Pβ*; *-ίας* 264 35] *Συρ- α*. **46** 24 *λόγιμον Pβ*; *ἐλλό-* 339 7] *λόγιον α*. **ibid.** *λεγόμενον β*; *λέγεται* 339 7] *γενό- αP*. **106** 1 *ἀνθρωποφαγέουσι β*; *-γεῖν* 271 42] *ἀνδροφ- αP*. **172** 19 *τὴν μῖξιν Pβ*; 253 18] *τ.* om. *α*. **183** 17s *ὄφεις καὶ σαύρας β*; 249 21] *ὄφις κ. -ρους αP*. **V 31** 8 *ἔχει Pβ*; *ἔχουσα* 319 38] *ἔνι α*. **52** 20 *Τίγρις β*; 387 37] *Πίγρης α*(*Τί- d*)*P*. **VI 33** 2 *Μεσαμβρίην Pβ*; *-σημβρίαν* 358 13] *Θηλυμβ- α*. **98** 26 *Κινήσω καὶ Δῆλον ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν Pβ*; 318 16] om. *α*. **VII 62** 21 *Μηδείης β*; *-δείας* 399 10] *-δέης αP*. **67** 4 *ἐκαλέοντο Pβ*; *-λοῦν-* 352 44] *καλέονται α*. **89** 20 *τὰ παρὰ β*; *τὰ περὶ* 374 5] *τὸ π. αP*. **91** 13 *Παμφύλιοι β*; 366 10] *Πάμφυλοι αP*. **92** 17 *δέρματα Pβ*; 368 6] *δέρμα α*. 19 *ἐστεφανωμένους β*; 368 7] *περιεστ- αP*. **170** 10 *Ὑρίῃ Pβ*; *-ία* 287 6] *Ὑρηδίῃ AB*, *-ηλίῃ Cd*. **VIII 47** 25 *νηὶ μιῇ Pβ*; *νῆα μίαν* 283 20] *μ. ν. α*.

[1]) Locos Herodoteos secundum editionem Hudii laudo.

[2]) Littera *β* stirpem Romanam (*RSVd*I) et littera *α* stirpem Florentinam (*ABCd*II) designo.

Ex his lectionibus partim melioribus partim peioribus demonstravisse mihi videor Eustathium codice familiae Romanae usum esse. Quae autem ratio exstet inter ipsius codicem et ceteros eiusdem stirpis, nunc ostendamus. Eius exemplum non ex eodem archetypo atque codices Romanos manavisse, sed scriptum fuisse, priusquam illorum archetypus exaratus est, quibusdam locis, quibus una cum codicibus Florentinis contra Romanos pugnat, apparet.

Ad hanc opinionem probandam magni momenti non sunt illi loci, quibus codices Romani certe falsas lectiones exhibent, quia Eustathius coniectura in rectam lectionem incidisse potest. Tamen hos quoque locos non praetermitto:

I 72 9 *Ματιηνοὺς αPd*; *-ιαν-* 354 15] *Μαντ- β* (exc. *d*). 12 *Συρίους Καππαδόκας αPd*; 354 16] *Σ. καὶ Κ. β* (exc. *d*). 203 24 *μῆκος μὲν αP*; 344 36] *μὲν* om. *β*. **II** 10 16 *θάλασσαν αP*; 298 25] *τὴν θ. β*. **IV** 45 10 *ἀπ' ὅτεν αP*; *ἀφ' οὗ* 264 34] *ἐπ' ὅ. β*. 105 23 *αὖτις αP*; *αὖθις* 272 3] *λιθεὶς R*, *λυθεὶς SV*. **VIII** 44 25 *ἐκλήθησαν αP*; 296 24] *ἐπεκλ- β*.

Hanc autem rem non dubiam relinquit hic locus, quo ea, quae Eustathius refert, in codicibus Romanis, quod eorum archetypi librarius a litteris *πύλαι*, quibus vox *Θερμοπύλαι* desinit, ad vocem *Πύλαι* transsiluit[1]), non exstant: **VII** 201 8 *ὑπὸ* usque ad *Πύλαι αP*; 300 41ss] om. *β*.


E nonnullis locis, quibus Eustathius cum codicibus Florentinis concinens a Romanis et *P* discrepat, concludendum esse censeo eius codicem a communi ambarum familiarum fonte propius stetisse quam illum generis Romani codicem, cuius memoriam librarius archetypi codicis *P* cum memoria alicuius codicis Florentini contaminavit. Afferantur illi loci:

II 42 6 *Ἀμοῦν α*; 253 43] *Ἀμμο- Pβ*. **IV** 196 3 *ἐκβάντας α*; *-ντες* 348 30] *ἐσβ- Pβ*. **V** 111 7 *ἵστασθαι α*; *ἀνίστ-* 284 6] *ἀντιτάσσεσθαι Pβ*. **VI** 33 1 *τὴν σφετέρην α*; 358 11] *τ. πόλιν Pβ*.

Quibus rebus expositis quae ratio inter Eustathii codicem et superstites sit, hoc stemmate illustrare conabor:

---

[1]) Magnum numerum lacunarum eodem modo in communi codicum Romanorum fonte ortarum congessit Cobetus, Mnemos. N. S. X p. 407 s.



Ad hanc delineationem explanandam pauca addenda sunt: E primario codice *X* paulatim duae familiae[1]) in diversas partes natae sunt, quarum ex una *α* tres propagines progerminaverunt: ex una earum manaverunt codices *AB*; ex altera fluxit is codex, qui postquam manu correctrice vehementer mutatus est (*q*), parens fuit codicis *C*; ex tertia denique ille liber derivatus est, cui d^{II} originem debuit, sed non prius quam permultae mutationes, quas *q* subierat, in illum (*v*) quoque transierant. Alterius autem familiae, de qua uberius mihi disserendum est, id potissimum proprium est, ut eius liber primarius recensionem subierit. Huius enim familiae codices textum in primo libro haud paucis locis decurtatum et in omnibus libris emendatum praebent. Decurtationes ubique fere

[1]) De codicum distributione eorumque indole et auctoritate cf. Steinii praef. p. 21ss et Hudii praef. p. 7ss.

eiusmodi sunt, ut verborum continuatio omissione minime turbetur vel saepius paucis verbis additis restituatur. Quod praecipue res obscoenae omittuntur, Steinium (praef. p. XXVIII) codicum Romanorum exemplar primarium puerorum usui institutum esse recte iudicasse opinor. Sed eius opinionem dicentis (praef. p. XXXI) textum hoc modo non ante duodecimum saeculum editum esse falsam esse Wehrmannus[1]) iure putat, quod hoc tempore Herodoti historiae in scholis vix lectae sint. Emendationes autem, quibus haec codicum familia alteri praestat, non coniectura inventas vel *ex accurata auctorum lectione* collectas esse, id quod Steinius (praef. p. XXVII ss) contenderat, sed ex aliquo codice Herodoteo fluxisse Wehrmannus (p. 4 ss) satis confirmavit. Praeterquam quod duodecimi saeculi hominem doctum e scriptoribus locos ad Herodoti textum emendandum aptos collegisse non verisimile est, Wehrmannus (p. 15 ss) iam primis p. Chr. n. saeculis nonnullos scriptores, qui certe Herodotum usurpaverunt, haud dubie, si duae familiae discedunt, a codicibus Romanis stare demonstrat[2]). Quibus ex scriptorum testimoniis recensionem, cuius testes nunc habemus codices Romanos[3]), iam circa Chr. n. factam esse iure concludit. Scriptores, quos huius recensionis exemplaribus usos esse verisimile est, stemmati inscripsi. Ex eiusdem recensionis exemplo etiam Eustathius locos Herodoteos sumpsit. Deinde ex hac stirpe duo rami suborti sunt, quorum unum (β) vocamus archetypum codicum $RSVd^1$, alterum autem ille codex repraesentat, quem librarius nescio quis cum aliquo generis α codice ni fallor ex eadem propagine atque *C* enato contaminavit. Atque ex hoc libro contaminato descriptus est codex *P*.

B. De Eustathii inter codices Herodoteos auctoritate.

Quoniam exposuimus, quem locum Eustathii codex inter superstites obtineat, quaerendum est, quae auctoritas eius

---

[1]) De Herodoti codicis Romani auctoritate, diss. Hal. Sax. 1882 p. 3.

[2]) Wehrmanno adstipulatur eius censor Abichtius, Philol. Rundsch. III p. 961 ss; cf. etiam H. Kallenberg, Jahresber. d. phil. Ver. z. Berl. X p. 52 ss.

[3]) Quae Wehrmannus de codice *R* solo exponit, aeque ad ceteros eiusdem stirpis codices pertinent.

lectionibus addicenda sit. Sed priusquam ad rem ipsam accedamus, pauca dicenda sunt de superstitum codicum auctoritate. Vix exstat, ni fallor, alius scriptor, de cuius codicibus diiudicandis inter viros doctos similis dissensio fuit. Sed ut praetermittam, quae vetustiores editores de codicum auctoritate iudicaverunt[1]), initium faciam ab Abichtio[2]) de Herodoti textu recensendo bene merito. Hic vir doctissimus ante omnia id egit, ut in locum Sancroftiani antea immerito honorati Mediceum ceterosque eiusdem familiae codices substitueret[3]). Eodem fere tempore Steinii editio critica in publicum prodiit, in qua id, quod prius de Sancroftiani eiusque cognatorum pretio iudicaverat[4]), prorsus reiecit et in universum quidem ad Abichtii partes transiit ita, ut codices $ABCd^{II}$ duces in textu constituendo sequeretur. Praeter hos autem codices etiam codicibus $RSVd^{I}$, quos per se nullo pretio esse censuit, quandam auctoritatem tribuit, si eorum lectiones codice *P* confirmantur. Hanc Steinii sententiam iure impugnaverunt Cobetus[5]) Gomperzius[6]) Wehrmannus (p. 15ss), qui codice *P* plane neglecto[7]) codici *R* vel eius cognatis non solum singularem auctoritatem addixerunt, sed eos etiam alteri familiae praeposuerunt. Quibus rebus expositis ad viros doctos pervenimus, qui recentissimo tempore textui recensendo operam dederunt. Inter hos gravissima iudicii commutatio statui non potest. Omnes enim in universum quidem id consentiunt, ut neutram familiam unice respiciant, sed ubique examinandum esse censeant, utrius familiae lectio usui loquendi magis respondeat. Sin autem consuetudine dicendi diligenter explorata

[1]) Cf. Abicht, Die Textkritik in Herodots Geschichtsw., Philol. XXI p. 78 ss.

[2]) Quid recentiores iudicaverint de Herodoti codicibus, recensuit H. Kallenberg, Philol. XLIV p. 717 ss.

[3]) Cf. Abicht, De codicum Herodoti fide atque auctoritate, Progr. d. k. Landesschule Pforta 1869 p. 8 ss; Herodoti hist. ed., Lips. 1869 praef. p. 23 ss.

[4]) Cf. H. Stein, Vindiciarum Herodot. specimen, Gedani 1858 p. 2.

[5]) Cf. Mnemos. N. S. X p. 400 ss.

[6]) Cf. Sitzungsber. d. phil.-hist. Klasse d. kais. Ak. d. Wiss., Wien 1883 vol. CIII p. 149 ss.

[7]) De hac re iure queritur Steinius, Jahresb. üb. d. Fortschr. d. klass. Altertumswiss. XXX p. 188 s; 199; 205.

res disceptari non potest, codices Florentinos ut vetustiores et a mutationibus de industria factis liberos sequendos esse cum illis censeo. Iam examinemus, quid de Eustathii lectionibus iudicandum sit. Adnotabuntur lectiones editionum Steinii (St.) Holderi (Ho.) Hudii (Hu.), si inter se vel a meo iudicio discrepant.

In universum quidem ubi contra codices concordantes pugnat, magnum pondus habere non potest, sed si codices utriusque stirpis discrepant, eius lectiones in magno honore habendae sunt.

1. Ac primum quidem de eis locis agamus, quibus Eustathius una cum codicibus Romanis codice *P* hic conspirante illic discrepante contra codices Florentinos pugnat. His omnibus locis lectiones codicum Romanorum maiore vetustate esse Eustathii testimonio confirmatur.

Unice veras vel praeferendas lectiones exhibet his locis:

Her. II 17 $_{22}$ ἀπὸ Eust. 257 $_{13}$; *P*β, St. Hu.] ἐκ α, Ho. Testimonio Helbingii[1]) occurrit apud Herodotum ἄρχεσθαι vicies cum praepositione ἀπό et duodecies cum praepositione ἐκ coniunctum. E numero locorum ab Helbingio non laudatorum nonnullos investigavi: ἀπό I 136 $_{17}$; II 17 $_{18}$; 19 $_{2}$; 32 $_{27}$; 154 $_{4}$; III 12 $_{12}$; 75 $_{23}$; 91 $_{15}$; IV 38 $_{5}$; 39 $_{12}$; 98 $_{19}$; 168 $_{8}$; V 49 $_{2}$; VII 127 $_{4}$; 216 $_{20}$; 233 $_{16}$; IX 15 $_{3}$. ἐκ II 11 $_{21}$; 33 $_{1}$; 150 $_{14}$; IV 49 $_{18}$; VII 124 $_{12}$.

104 $_{17s}$ ποταμὸν καὶ Παρθένιον 352 $_{14s}$; β, Hu.] κ. Π. π. α*P*, St., κ. Π. [π.] Ho.[2]). Herodotus ignotis vel paulum notis fluviorum nominibus, nisi ex antecedentibus verbis vel e contextu elucet agi de fluvio, perspicuitatis causa ποταμός addere solet[3]) et, si duo fluvii simul commemorantur, hanc vocem post

[1]) Cf. R. Helbing, Die Praeposit. bei Her. u. and. Historik., Beiträge z. hist. Synt. d. griech. Sprache, herausgeg. v. M. Schanz, fasc. 16 Würzb. 1904 p. 73. Iam ante Helbingium de nonnullis praepositionibus Herodoteis disputavit Kühne, Die Praeposit. b. Herod. Tl. I, Rostock 1883, quam commentationem inspicere non potui.

[2]) Errore Holderus etiam voculam καὶ uncis inclusisse videtur, id quod Kallenbergius quoque opinatur (cf. Jahresber. d. philol. Ver. z. Berl. XIV p. 300).

[3]) Huius rei exempla collegit Kallenbergius, Stud. üb. d. griech. Artik. II, Progr. d. Friedr.-Werder'schen Gymn. z. Berl. 1891 p. 4.

prius fluviorum nomen ponit. Cf. IV 49_{16} (*ποταμός* om. *Pβ*); 81_{21}; VII 127_{5} [1]).

146 8 *ἐνερράψατο* 405_{13}; *Pβ* (*ἀνε- S*), St. Ho. (*-ερά-*) Hu.] *ἐρά- α* (*ἐρρά- d*). Verbum compositum *ἐνράπτειν*, quod optimum sensum habet, alii quoque scriptores eandem fabulam narrantes adhibent. Cf. Eurip. Bacch. 286; Diod. V 52; [Apollod.] bibl. III 27 (ed. R. Wagner, Mythogr. Graec. I). Verbum simplex usurpat Eurip. Bacch. 243. Praeferendum igitur verbum compositum.

III 5 22 *Συρίους* 352_{12}; *-ρίων β*, Hu.] *-ρων αP*, St.[2]) Ho. Codices praebent omnes *Σύροι* III 91_{14}, eodem modo discedunt II 104_{15} et 159_{3}, sed II 12_{18} et VII 89_{14}, qui Syriam Palaestinam incolunt, omnibus codicibus concinentibus vocantur *Σύριοι*.

60 7 *σωλήνων* 322_{13}; *β*, Ho. Hu.] *τῶν σ. αP*, St. Articulus, quem Cobetus[3]) ex editione Steiniana delendum esse censuit, plane orationem turbat, quod non copiosius disseritur, quales sint canales.

115 11 *βάρβαρον* 221_{25}; *Pβ*[4])] *-ρικόν α*. Adiectivum *βαρβαρικός* nusquam nisi IX 59_{22} apud Herodotum invenitur, ubique autem codicibus omnibus concordantibus occurrit forma *βάρβαρος*: cf. I 58_{28}; $_{30}$; II 57_{2}; VI 106_{17}; VII 63_{1}; VIII 19_{21}.

IV 12 19 *οἰκεῖται* 351_{36}; *-κητ- β*, Ho. Hu.[5])] *οἴκισται αP*, St. Eadem significatione *situm esse* adhibetur *οἰκεῖσθαι* I 151_{21}; $_{24}$; $_{25}$; 193_{26}; III 122_{19}; VII 22_{3}; 115_{11}; 121_{21}; 122_{7}; 153_{14}; VIII 32_{1} [6]).

20 18 *ἔρημος* 271_{43}; *β*, Ho.[7])] *ἔρ. ἐστι αP*, St. Hu. Hero-

[1]) Locos ad Herodoti usum dicendi demonstrandum allatos, si fontem non laudo, partim e lexico Schweighaeuseri sumpsi, partim ex indicibus collegi, partim ipse inveni.

[2]) Etiam Steinius, Herod. I erkl.⁶ Berlin 1901 adn. ad I 6 formam *Σύριοι* veram esse censet.

[3]) Cf. Mnemos. N. S. XI p. 284.

[4]) Mirum est quod Steinius, Herod. III erkl.⁴ Berl. 1893 in textu posuit Florentinorum codicum lectionem in editione critica repudiatam, quam antecedentis *Ἑλληνικὸν* vi e vera forma *βάρβαρον* corruptam esse recte suspicatur Kallenbergius, Jahresb. d. phil. Ver. z. Berl. XIX p. 293.

[5]) Hi editores secuti sunt Cobetum, Mnemos. N. S. XII p. 85.

[6]) Locos allatos collegit I. Tkáč, Zeitschr. f. d. öst. Gymn. XLV p. 102 s.

[7]) Item *ἐστι* delevit van Herwerdenus, *Ἡροδ. ἱστ.*, Traiecti ad Rhen. 1885 probante Kallenbergio, Philol. XLVI p. 731.

dotus copulam *ἐστι* omittit IV 17_{13}; 18_{18}, qui loci illi simillimi sunt.

30 20s *τινος κατάρας* 293_{2}; *κατάρης τευ Pβ*] *τευ* om. *α*. Pronomen indefinitum aptissimum est, quod, qualis fuerit ista imprecatio, non accuratius exponitur.

45 14 *Τυρίας* 264_{35}; *-ρίης Pβ*] *Συρ- α*. Illam Europam, a qua continens vocata esse dicitur, ab Herodoto appellatam esse *Tyriam* apparet ex I 2: *Ἑλλήνων τινάς . . φασὶ τῆς Φοινίκης ἐς Τύρον προσσχόντας ἁρπάσαι τοῦ βασιλέος τὴν θυγατέρα Εὐρώπην.*

106 1 *ἀνθρωποφαγεῖν* 271_{42}; *-γέουσι β*, Ho. Hu.] *ἀνδροφ- αP*, St. Verbum *ἀνδροφαγεῖν* nusquam vel apud Herodotum vel apud alium scriptorem invenitur. Sed *carne humana vesci* ab omnibus dicebatur *ἀνθρωποφαγεῖν*[1]): cf. Arist. hist. an. VIII 5, 1; Polyb. IX 24; Sext. Emp. Pyrrh. III 447; Eust. Od. p. 1379_{31}; opusc. p. 20_{1} (ed. Tafel); *ἀνθρωποφαγία* occurrit apud Arist. politic. VIII 3, 4; *ἀνθρωποφάγος* hist. an. II 1. Corruptela ex eo orta esse videtur, quod perpetuo tales homines, qui carne humana vesci solebant, *ἀνδροφάγοι*[2]) appellantur: cf. IV 18_{24}; 100_{4}; 102_{21}; 106_{25}; 119_{12}; 125_{14}; $_{23}$.

172 19 *τὴν μῖξιν* 253_{18}; *Pβ*] *τ.* om. *α*. Articulum omnes codices omittunt IV 180_{25}, sed exhibent IV 104_{11}, qui locus nostro similior est quam ille.

183 18 *σαύρας* 249_{21}; *β*, Ho. Hu.] *-ρους αP*, St. Formam femininam ambae familiae praebent IV 192_{12}.

VI 33 2 *Μεσημβρίαν* 358_{13}; *-σαμβρίην Pβ*] *Θηλυμ- α*. Oppidum ad Pontum Euxinum situm omnes codices vocant *Μεσαμβρίη* IV 93_{25}.

VII 92 17 *δέρματα* 368_{6}; *Pβ*, Ho. Hu.] *-μα α*, St. Pluralis postulatur propter ceteras res (*τόξα, ἀκόντια, πῖλοι*), quae quamquam unusquisque Lycius earum unam tantummodo possidet, in numero plurali positae sunt. Cf. I 202 *ἐσθῆτι δὲ . . χρᾶσθαι φωκέων δέρμασι* et VII 75. Itaque Cobetus[3]) *δέρματα* verum esse recte iudicat.

---

[1]) Cf. Cobet, Mnemos. N. S. XII p. 98.

[2]) van Herwerden, Mnemos. N. S. XII p. 425 ex hac nominis forma, quam poeticam esse putat, Herodotum notitiam huius populi fabulosi epico carmini Aristeae (*Ἀριμάσπεια ἔπη*) debuisse concludit.

[3]) Cf. Mnemos. N. S. XII p. 255.

170 10 Ὑρία 287_{6}; -ίην *Pβ*] Ὑρηδίην aut -ηλίην *α*[1]). Haec urbs Iapygiae nullo alio loco apud Herodotum commemoratur, sed formam Eustathii Romanorumque codicum rectam esse confirmatur testimonio Strabonis, qui I 449_{28} se nostrum Herodoti locum reddere ipse dicit[2]), et Stephani Byz. v. Ὑρία vel eius, quem hic secutus est[3]).

Aperte falsas vel minoris aestimandas lectiones praebet his locis:

II 3 22 Ἡλιουπολῖται 258_{38}; *CPβ*] -ιοπ- *α*(exc. *C*). Florentinorum scripturam, quam Cobetus[4]) quoque probat, praeter Herodotum ipsum II 73_{6} tuetur Stephanus Byz. s.v. Ἡλιούπολις, qui se Herodoti librum secundum inspexisse ipse confitetur.

ibid. λογιμώτατοι 258_{38}; *β*] λογιώ- *αP*. Heliopolitanos fuisse Aegyptiorum celeberrimos nemo umquam audivit, sed doctissimi existimabantur propter sapientiam sacerdotum ibi habitantium. Cf. Her. l. l. ss et II 77.

10 16 ἐξιὼν 298_{25}; *β*] ἐξιεὶς *αP*. Herodotus de fluviis aquam effundentibus constanter utitur verbo ἐξίημι, non ἔξειμι: cf. I 6_{7}; 180_{14}; II 17_{1}; VI 20_{14}; VII 124_{13}.

33 6 Ἰστριανοὶ 362_{29}; -ριηνοὶ *PVd*, -ριν- *R*] -ρίην οἱ *αS*. Cum eo loco, ubi Istria oppidum sita est, intra Istrum fluvium et mare colles cuiusdam altitudinis extendantur, Wiedemannus[5]) fluvium hoc urbis loco in mare se effundere non potuisse censet. Qua de causa cum Gutschmidio[6]) agrum urbis Istriae usque ad fluvii ostia porrectum esse opinatur et cum codicibus Romanis Ἰστριηνοί[7]) legendum esse censet. Rectius autem iudicant, qui Herodotum hanc rem parum accurate rettulisse putant. Itaque codices Florentinos sequor.

[1]) Codicum Florentinorum dissensus facillime litterarum Δ et Λ similitudine explicatur.

[2]) Cf. G. Hunrath, Die Quellen Strabos i. sechst. B., Cassel 1879 p. 34.

[3]) De Herodoti exemplo a Strabone usurpato nihil certi explorari potest (cf. Wehrmann. p. 24). Stephani autem lectiones multo saepius cum codicibus Romanis quam Florentinis consentiunt (cf. Wehrm. p. 35 ss).

[4]) Cf. Mnemos. N. S. XI p. 125.

[5]) Herodots zweit. Buch mit sachl. Erläut., Leipz. 1890 ad h. l.

[6]) Cf. Wiedem. ed. Vorwort p. 5.

[7]) Wiedemannus -ιαν- legi vult, sed Herodotus haud dubie dialecticam formam -ιην- adhibuit. Cf. Kallenberg, Jahresb. d. phil. Ver. z. Berl. XVII p. 199.

77$_{7}$ ὑγι(ερ)έστεροι 263$_{38}$; β] ὑγιηρέστατοι *αP*. Quaeritur, utrum Herodotus comparativum cum genetivo comparationis an superlativum cum genetivo partitivo coniunctum usurpaverit. Superlativus et infra quoque IV 187$_{14}$ ab Herodoto idem narrante adhibetur et propter voces μετὰ Λίβυας aptior est, quod praepositio μετὰ ordinem significans praecipue cum superlativis coniungitur (cf. Helbing. p. 139). Nonnullos locos, qui mihi nostro loco simillimi videntur, notabo: II 161$_{6}$; IV 53$_{5}$; V 3$_{5}$.

8 ἀνδρῶν 263$_{38}$; *P*β] ἀνθρώπων α. Praeterquam quod vox ἄνδρες *mortales* significans magis a poetis adhibetur, lectio codicum Florentinorum confirmatur his locis: II 2$_{11}$; 77$_{1}$; III 20$_{4}$; IV 187$_{14}$; V 3$_{6}$ etc.

105$_{2}$ ζωὴ 340$_{28}$; *C*β] ζόη α(exc. *C*)*P*. Codices Herodotei magnopere fluctuant in hac voce. Octo locis cognoscere possumus in archetypo familiae Florentinae ζόη, in archetypo familiae Romanae ζωή exstitisse I 32$_{1}$; 38$_{28}$; 85$_{10}$; II 77$_{3}$; 177$_{6}$; IV 205$_{26}$; VII 46$_{22}$; VIII 105$_{25}$. Duobus locis perspicuum est, utra forma in communi archetypo exstiterit, quod codices ambarum familiarum eandem formam exhibent: III 22$_{15}$ ζωή; IV 114$_{4}$ ζόη. Duobus aliis locis codicibus Romanis deficientibus codices Florentini soli habent ζόη: I 157$_{19}$; 199$_{21}$. Ceteris locis II 36$_{18}$; 143$_{16}$; III 23$_{21}$; IV 112$_{8}$; VI 52$_{22}$; 117$_{9}$; VIII 105$_{4}$ inter eiusdem familiae codices magna fluctuatio est. Sed plerumque maior codicum numerus formam ζόη servavit.

III 60$_{6}$ ὕδωρ 322$_{12}$; β] τὸ ὕ. *αP*. Articulus postulatur, quod cogitatur de aqua, qua oppidani egent.

IV 45$_{5,7,8}$ ἀπὸ 264$_{30,31,33}$; *P*β] ἐπὶ α. Ad significandum, unde homo aut res nomen traxerit, Herodotus uno loco IV 45$_{10}$ codicibus *αP* una cum Eustathio 264$_{34}$ ἀπὸ contra ἐπὶ codicum β exhibentibus verbum καλεῖσθαι cum praepositione ἀπὸ coniungit. Quo loco adnumerato vicies semel omnes codices praebent ἀπὸ cum verbis denominandi coniunctum: καλέειν I 7$_{24}$; 173$_{11}$; $_{12}$; VII 74$_{9}$; VIII 44$_{27}$, ὀνομάζειν VI 130$_{6}$, προσονομάζειν II 52$_{29}$, οὔνομα ἔχειν I 145$_{24}$; II 98$_{10}$; VI 103$_{14}$; 131$_{22}$; $_{25}$, ποιέεσθαι II 42$_{5}$, λαβεῖν IV 45$_{14}$, τίθεσθαι V 68$_{6}$; 92 ε $_{24}$, κεῖσθαι II 164$_{27}$, ἐπωνυμίην ἔχειν VII 121$_{21}$, νομίζειν VII 192$_{15}$, ποιέεσθαι IV 155$_{10s}$ (cf. Helbing. p. 104). Aequali numero omnes codices etiam ἐπὶ exhibent: καλέειν I 14$_{13}$; II

57_{1}; VII 40_{13}; 83_{15}; 94_{4}; VIII 44_{24}, μετονομάζειν I 94_{20}, οὔνομα γίγνεσθαι VII 193_{24}, ἔχειν V 69_{17}, τίθεσθαι V 65_{10}, κεῖσθαι IV 45_{26}, ἐπωνυμίην ἔχειν VII 58_{28}; 61_{16}; 74_{5}; 92_{20}; 178_{1}, ποιέεσθαι I 94_{21}; V 65_{12}, μετατίθεσθαι V 68_{4}, προστίθεσθαι V 68_{13}, ἐπώνυμοι γίγνεσθαι IV 184_{8}. Decies codices ita discedunt, ut ubique uno loco (VI 47_{24} οὔνομα ἔχειν ἀπὸ α, ἐπὶ Pβ) excepto[1]) Florentini ἐπὶ, Romani ἀπὸ praebeant: καλέειν IV 45_{8}; $_{10}$; 149_{4}, οὔνομα γίγνεσθαι IV 149_{2}, ἔχειν IV 45_{5}, ἐπωνυμίη(ν) γίγνεσθαι IV 148_{26}, ἔχειν IV 45_{7}; 107_{3}; VII 91_{11}[2]). Res igitur ita disceptanda est: quod ambae familae habent, retinendum est; ubicunque inter ἐπὶ et ἀπὸ variant, lectionem Florentinorum ut vetustiorum in textum recipi malim[3]).

46 24 ἐλλόγιμος 339_{7}; λόγιμον Pβ] λόγιον α. Praeterquam quod Florentinorum lectio Krameri quoque anecdotis Oxoniensibus I 380 fulcitur, e verborum contextu Herodotum Anacharsidis non celebritatem, sed eruditionem praedicare voluisse cognoscitur; praeterea hunc Scytham magna sapientia floruisse perspicue dicit IV 76 Ἀνάχαρσις . . . γῆν πολλὴν θεωρήσας καὶ ἀποδεξάμενος κατ᾽ αὐτὴν σοφίην πολλὴν . . Itaque λόγιον verum esse censeo[4]).

ibid. λέγεται 339_{7}; λεγόμενον β] γενόμ- αP. Propter λόγιον proxime antecedens non verisimile est Herodotum usum esse verbo eiusdem radicis. Praeterea autem eius intererat narrare apud populos Ponticos nullum virum fuisse, qui eruditus factus, non dictus esset.

V 31 9 ἔχουσα 319_{38}; ἔχει Pβ] ἔνι α. Invenitur ἔνι apud Herodotum I 181_{13}; 183_{27}; 207_{1}; II 91_{13}; 138_{20}; 155_{18}; 156_{1}; III 80_{19}; 81_{1}; IV 178_{13}; VII 112_{19}; VIII 55_{18}[5]).

[1]) Eustathius 316, 13 hunc Herodoti locum usurpans exhibet ἐξ.

[2]) Cf. C. A. Lundberg, De ratione Herodotea praepositionibus utendi a scriptoribus Atticis diversa, diss. Upsal. 1869 p. 32 s; N. Papageorgiu, Περὶ τῆς ἐπί προθέσεως παρ᾽ Ἡροδότῳ, diss. Erlang., Athenis 1889 p. 11 s; Helbing l. l. p. 59.

[3]) Cf. H. Kallenberg, Commentatio crit. in Herod., Progr. d. Friedr.-Werder'schen Gymn., Berl. 1884 p. 11.

[4]) Iniuria λόγιμον defendit Cobetus, Mnemos. N. S. XII p. 90 s, λόγιον autem scribendum esse censent etiam C. Abichtius, Progr. Portens. p. 30 et H. Kallenbergius, Philol. XLVI p. 721.

[5]) Locos allatos congessit Lundberg. l. l. p. 8.

52$_{20}$ *Τίγρις* 387$_{37}$; *β*] *-ρης αP*. Codices ita discrepant, ut Florentini constanter *-ρης* praebeant, Romani fluctuent. Cf. I 189$_{23}$; 193$_{26}$; II 150$_{17}$; VI 20$_{13}$. Codices constantes sequendos esse censeo.

VI 98$_{24ss}$ *κινήσω καὶ Δῆλον ἀκίνητόν περ ἐοῦσαν* 318$_{16}$; *καὶ ἐν χρησμῷ ἦν γεγραμμένον περὶ αὐτῆς ὧδε· κινήσω* usque ad *ἐοῦσαν Pβ*] omnia om. *α*. Haec verba editores Gronovio auctore iure ut spuria uncis includunt. A correctore archetypi stirpis Romanae, qui verba antecedentia legens propter eorum similitudinem huius oraculi recordatus est, illa verba addita esse censeo.

VII 89$_{20}$ *τὰ* 374$_{5}$; *β*, Hu.] *τὸ αP*, St. Ho. Pluralem articuli usurpat Herodotus II 12$_{18}$, singularem II 6$_{3}$; $_{13}$; 9$_{22}$; 15$_{11}$; 149$_{13}$; IV 101$_{7}$; 170$_{3}$; 175$_{18}$; 178$_{9}$; VII 123$_{5}$ (cf. Helbing. p. 131).

91$_{13}$ *Παμφύλιοι* 366$_{40}$; *β*] *-υλοι αP*. *Πάμφυλοι* tuentur codices plerumque concinentes I 28$_{16}$; III 90$_{25}$; V 68$_{12}$; VII 91$_{12}$; VIII 68$_{\gamma 3}$.

92$_{19}$ *ἐστεφανωμένους* 368$_{7}$; *β*] *περιεστ- αP*. Eiusdem libri simillimo loco 130$_{1}$ verbum compositum ponitur.

Duobus locis Eustathius una cum codicibus Romanis et codices Florentini in verborum collocatione discedunt. Cum hac in re utra familia sequenda sit, ex usu dicendi vix demonstrari possit, nitamur codicibus Florentinis. Sunt hi loci:

III 112$_{7}$ *Ἀράβιοι καλοῦσι* 382$_{27}$; *Ἀ. καλέουσι Pβ*, Ho.] *κ. Ἀ. α*, St. Hu.

VIII 47$_{25}$ *νῆα μίαν* 283$_{20}$; *νηὶ μιῇ Pβ*, Ho.] *μ. ν. α*, St. Hu. Verbum numerale *μία* post substantivum ponitur I 164$_{13}$.

2. Iam ad eos locos tractandos accedamus, quibus Eustathius cum codicibus Florentinis conspirans a suae ipsius stirpis codicibus discrepat. Ubique rectas lectiones exhibet, ut non errare mihi videar, si eas in communi ambarum familiarum fonte exstitisse et a librario archetypi codicum Romanorum, non a correctore corruptas vel mutatas esse suspicor. Iam sequantur hae lectiones:

I 72$_{9}$ *Ματιηνοὺς αPd*; *-ιαν-* 354$_{15}$] *Μαντ- β*(exc. *d*). Codices Florentini in universum quidem sibi constant *Ματιηνοί* praebentes: cf. I 202$_{13}$; III 94$_{4}$; V 49$_{16}$; 52$_{23}$; VII 72$_{18}$; $_{21}$.

12 *Καππαδόκας αPd*; 354$_{16}$] *καὶ Κ. β*. Unus idemque populus appellatur in Asia *Καππαδόκαι*, in Graecia *Σύριοι*: cf. V 49$_{11}$s; VII 72$_{19}$s. Sed quod nusquam duplici nomine significatur, haud scio an Cobetus[1]) *Συρίους* iure deleat.

203$_{24}$ *μῆκος μὲν αP*; 344$_{36}$] *μὲν* om. *β*. Vocula *μὲν* aptissima est, quod opposita sunt *μῆκος μὲν* et *εὖρος δέ*. Cf. II 11$_{21}$.

II 10$_{16}$ *θάλασσαν αP*; 298$_{25}$] *τὴν θ. β*. Herodotus constanter voci *θάλασσαν* articulum non apponit, si fluvios in mare influentes commemorat: cf. I 80$_{8}$; II 17$_{23}$; $_{1}$; 20$_{17}$; 34$_{15}$; IV 44$_{11}$; 56$_{16}$; 175$_{23}$; V 101$_{13}$; VI 20$_{14}$; VII 109$_{17}$; 128$_{25}$; 129$_{12}$; 130$_{27}$; $_{28}$; 198$_{11}$; 200$_{2}$; IX 93$_{4}$ [2]).

17$_{7}$ *ἰθαγενέα ad*; *-νῆ* 257$_{20}$] *ἰθαιγ- PS*, *ἰσθαιγ- RV*. Omnes codices exhibent *ἰθαγ-* VI 53$_{8}$.

42$_{6}$ *Ἀμοῦν α*; 253$_{43}$] *Ἀμμο- Pβ*.

IV 105$_{23}$ *αὖτις αP*; *αὖθις* 272$_{3}$] *λιθεὶς R*, *λυθεὶς SV*. Romanorum scriptura est aperte mendosa.

196$_{3}$ *ἐκβάντας α*; *-τες* 348$_{30}$] *ἐσβ- Pβ*. Sensus loci lectionem Romanorum falsam esse docet: mercatores Carthaginienses mercibus expositis et indigenarum alliciendorum causa fumo excitato in naves regredi antea narratur. Eos igitur naves relinquere necesse est.

V 111$_{7}$ *ἵστασθαι α*; *(ἀν)ίστ-* 284$_{6}$] *ἀντιτάσσεσθαι Pβ*. Romanorum lectionem abiciendam esse clarum esse puto, sed quaerendum, utrum Herodotus verbum simplex *ἵστασθαι* an verbum compositum *ἀνίστ-* usurpaverit. Verbum simplex tribus aliis locis cum adiectivo *ὀρθός* codicibus concordantibus coniungit: II 38$_{6}$; V 111$_{10}$; IX 22$_{7}$.

VI 33$_{1}$ *τὴν σφετέρην α*; 358$_{11}$] *τ. πόλιν Pβ*. Multo aptior Florentinorum atque Eustathii lectio videtur, quod Byzantii et Calchedonii non eandem urbem vel potius fines[3]) reliquerunt.

VIII 44$_{25}$ *ἐκλήθησαν αP*, St.; 296$_{24}$] *ἐπεκλ- β*, Ho. Hu. Verbum *ἐπικαλεῖν* apud Herodotum non inveni (cf. p. 53s).

[1]) Cf. Mnemos. N. S. XI p. 82.

[2]) Quam difficile persaepe sit diiudicatu, utrum articulus apud Herodotum ponendus an omittendus sit, ostendere studuit H. Kallenbergius, Comment. crit. p. 14.

[3]) Cf. H. Kallenberg, Comm. crit. p. 9, qui genuinam lectionem *σφετέρην* remotam esse opinatur voce *πόλιν* prius supra (vel in margine) adscripta.

3. Quoniam ostendisse mihi videor, qualem auctoritatem Eustathius, sicubi cum una alterave Herodoti familia conspirat, sibi vindicare possit, restat ut dicam, quid de Eustathio iudicandum sit illis locis, quibus ab ambarum familiarum codicibus discrepat. Quin illis locis ei nulla auctoritas addicenda sit, nemo dubitabit: nam sicubi codices utriusque stirpis unum idemque exhibent, hoc in communi ambarum stirpium fonte iam exstitisse certum est et cum sufficientibus argumentis me demonstrasse existimem Eustathii codicem e numero codicum Romanorum fuisse, omnibus persuasum erit Eustathii discrepantias codicibus concordantibus non codici Herodoteo, sed Eustathio ipsi debitas esse. Atque etiamsi concedendum est Eustathium verba Herodotea, quantum studium abbreviandi permittebat, in universum quidem satis fideliter reddidisse, tamen persaepe res ex Herodoto petitas aliis verbis expressit, quod et eius memoria non tam acris erat, ut omnia verba accurate servaret, et ut Byzantinus non Herodoteae sed suae ipsius aetatis dicendi genus haud raro adhibuit. Omnes illas discrepantias, quarum in numero nulla est quae fidem codicum concordantium labefactet, hoc loco afferre operam inutilem esse censeo. Sed nonnulli, quibus Eustathius in quibusdam nominibus reddendis ab Herodoti codicibus discedit, memoratu digni mihi videntur.

Quas nominum formas Eustathius in Dionysii Periegetae versibus vel in fonte antea usurpato inventas adhibuerat, retinuit, etsi Herodotus ei diversas praebebat, his locis:

II 146 9: apud Dion. Per. v. 1159 legerat *Νυσσαίην* (cf. 405 5), qua de causa formam duplici σ scriptam in sequentibus quoque lineis (8; 13) servavit *Νύσσαν*] *Νύσαν* praebet Herodotus.

IV 144 2, **VI 33** 27: Per. v. 764 *Χαλκὶς* (cf. 348 45), cuius urbis incolas in versu Dionysiani paraphrasi 348 46 vocat *Χαλκηδόνιοι*, quam nominis formam in sequentibus retinet: 349 9 [1]); 356 33; 38; 47; 358 12] *Καλχηδόνιοι.*

VII 74 10: *Ὀλυμπηνοὺς* ex Arrian. Bithyniac. (cf. Fragm.

---

[1]) Sine dubitatione etiam hoc loco plerosque codices sequor *Χαλκηδόνιοι* legens, quamquam Herodotus IV 144, quem locum Eustathius hic exscripsit, et ipsius codices *Cy* *Καλχηδόνιοι* praebent.

hist. Graec. ed. Muell. III p. 593 frgm. 36; Steph. Byz. v. *Ὄλυμπος*) 274$_{21;\,28}$] *-πιηνοί.*

IX 97$_{17}$: *Νηλέως* 362$_{6}$ e Strabone III 93$_{9}$ et 92$_{25}$; *Νήλεῳ* lin. $_{6}$] *Νείλεῳ.*

Uno loco Eustathius contra codicum consensum veram formam exhibet, quam correctioni deberi satis certum est:

VIII 46$_{15}$: *ἀπὸ Ἀθηναίων αβ*, St.[1])] *ἀ. -νέων* Ho. Hu. *ἀ. -νῶν* 319$_{10}$. Lectorem offendit Herodotus secundum codices scribens quosdam Aegaei maris insulanos Iones esse ab Atheniensibus originem ducentes. Archetypi librarius hoc loco idem mendum commisit, quod persaepe aliis locis[2]). Re vera codices falsum exhibere confirmari arbitror simillimo loco I 147$_{22\,s}$ *πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ᾽ Ἀθηνέων γεγόνασι.*

Duobus aliis locis Eustathius falsas nominum formas praebet:

IV 144$_{29}$ *Μεγάβαζος αβ*] *-βυζος* 349$_{7}$. Hic dux Persarum vulgo apud Herodotum *-βαζ-* vocatur codicibus ambarum familiarum plerumque concinentibus: cf. IV 143$_{20;\,25}$; 144$_{6}$; V 1$_{2}$; 2$_{21;\,1}$; 10$_{17}$; 12$_{2}$; 14$_{9;\,13}$; 15$_{18}$; 16$_{4}$; 17$_{22}$; 23$_{5;\,10}$; 24$_{21}$; 26$_{27}$; 98$_{21}$.

VII 40$_{11;\,14}$: *Νησαῖοι . . Νήσαιον αβ*] *Νισαίους . . Νισαῖον* 392$_{27;\,25}$. Eustathii scripturas, quibuscum etiam codex *d* conspirat, falsas esse elucet ex Arriano, qui anab. VII 13, 1 ex Herodoto formas littera *η* scriptas praebet.

C. De nonnullis emendationibus Eustathianis[3]).

Eust. 217$_{30}$ *κυκλοιερέα*] *-ρῇ KDa.* Adhibuit Eustathius Herodotum IV 36$_{21}$, ubi formam *κυκλοιερέα* inveniri consentaneum est. Sed auctor Byzantinus Herodoti orationem suae aetatis usui dicendi adaptare solet: cf. E. 257$_{20}$ *ἰθαγενῆ* — H. II 17$_{7}$ *-νέα.*

223$_{36}$ *τὴν γῆν*] *τὴν* om. *ENUad*; IV 36$_{17}$.

230$_{3}$ *ὑπερβαλλόντως τῷ ἡλίῳ*] *τ. ἡ. ὑ. M*; *τ. ἡ. -οντι* IV

[1]) In editione exegetica libri octavi, [4] Berol. 1882, Steinius in textu habet *Ἀθηνέων*. Cf. H. Kallenberg, Jahresb. d. phil. Ver. z. Berl. X p. 45.

[2]) Cf. Cobetum, Mnemos. N. S. XI p. 80; XII p. 272.

[3]) De ratione emendationes Eustathianas proferendi vide p. 20 s.

184 25. Textum ita restituendum esse censeo, ut prorsus cum Herodoti verbis congruat: Eustathium verba eodem ordine posuisse e codice *M* perspicuum est. Deinde adverbium ὑπερβαλλόντως *immoderate* in participium -οντι commutare debemus, nisi Eustathium in gravem errorem incidisse statuere volumus.

249 21 καὶ ὄφεις] κ. om. *F*; IV 183 17.

255 1 ἀμύνασθαι *CUY*] -νεσ-; IV 174 17.

258 3 πληθύνει] -θύει *CDEFKLY*; -θύων II 19 1.

38 λογιώτατοι] -ιμώτατοι codd., Be.; II 3 22 falsa lectio codicum *β* (cf. p. 52).

268 29 πληθύνεσθαι] -θύεσθαι *DFKL*. Eustathius se hanc rem exscripsisse ex Herodoto ipse confitetur, qui auctor IV 48 4 non idem verbum, sed compositum συμπληθύειν usurpat. Ob eandem igitur causam atque p. 258 3 hoc quoque loco lectionem πληθύεσθαι nonnullorum codicum in textum recipiendam esse censeo.

275 26 ἐθνῶν] ἔθνος *Ed*; V 3 5.

329 29 ἐξάμηνον νύκτα] νύκτα om. *d*; IV 25 21. Prorsus supervacaneum est hoc ceterorum Eustathii codicum additamentum.

348 25 ἐρχόμενοι] ἰκόμενοι *Fm*; ἐπεὰν ἀπίκωνται IV 196 25. Participium aoristi melius concinit cum altero participio ἐξελόντες. Praeterea sensu postulatur: mercatores advenisse necesse est, priusquam fumum excitare poterant.

349 8 πρότεροι] πρότερον *y*; IV 144 2. Non est cur Eustathius Herodoti adverbium mutaverit in adiectivum. Quare codicis *y* atque Herodoti πρότερον scribendum esse censeo.

352 11 περὶ θάλασσαν] παραθάλασσαν *d*; παρὰ θάλασσαν II 12 18. Eustathii codex *d* ut persaepe ita hoc quoque loco solus verum exhibet.

12 Σύρους] -ρίους *d*; -ρίων III 5 22 (cf. p. 50). Offendit nos forma Σύρους apud Eustathium, qui antea (cf. lin. 11) forma Συρίους utitur.

354 17 ἐξ εὐωνύμων] ἐ. -μου I 72 12.

375 4 πρὸς] πρὶν *Y*; V 58 21. Codex *Y*, etsi e recentissimorum codicum numero est, tamen Muellero teste (cf. proleg. p. XXXVIII) Eustathium integriorem quam ceteri omnes exhibet. Quam ob rem eius et Herodoti lectionem in textu ponere non dubitaverim.

383 21 *ὄρνεις*] *ὄρνιθες d*; *-θας* III 111 2. Hoc quoque loco codici *d*, quod cum Herodoto conspirat, maiorem fidem habendam esse censeo quam ceteris omnibus.

396 26 *Χοασπείου*] *-άσπου LM*; *-άσπεω* I 188 15.

Caput III.

De libro manu scripto Alexandri expeditionis Arrianeae.

Ex Arriani scriptorum numero Eustathius non solum Alexandri anabasin adhibuit, sed etiam illius Bithyniaca et Parthica[1]) nobis fortuna erepta diligenter excerpsit. Hac autem commentatione non de omnibus Arriani scriptis, sed de expeditione Alexandri sola quaestionem instituam.

A. Qualis sit Eustathii auctoritas inter codices anabasin exhibentes.

In Arriani anabaseos codicibus aestimandis recentissime facta est magna commutatio: nam quia in omnibus codicibus anab. VII 12, 7 lacuna invenitur, A. G. Roosius, qui primus hanc in codice Vindobonensi *A*[2]) (XII^{mi} ex. vel XIII^{mi} in. saec.) ex eo ortam esse observavit, quod unum folium excidit, omnes codices, quorum nonnullis praecipue Laurentiano *k* (XV^{mi} saec.) editores antea auctoritatem singularem addixerant, ex illo codice manasse probabiliter confirmavit[3]). Etiamsi eius iudicio quaedam cautio hoc quidem tempore adhibenda est, quod nonnulli codices optimis adnumerandi nondum plane collati sunt[4]), tamen

[1]) Fragmenta, quae e commentariis Dionysianis augere non possum, collecta sunt in Fragm. hist. Graec. ed. Muell. III p. 591 ss (Bithyniacorum) et p. 586 ss (Parthicorum).

[2]) Siglis Roosii utor.

[3]) Cf. Flavii Arriani quae exstant omnia ed. A. G. Roos, Lips. 1907 vol. I proleg. p. V ss; Roosio adstipulatur G. Gemoll, Woch. f. kl. Phil. XXV p. 505 ss.

[4]) Hac de re nimis diffidenter iudicavit E. Abicht, Der gegenwärtige Stand d. Handschriftenfrage bei Arrian u. krit. Bearbeit. d. erst. B. v. A.s Anab., Progr. v. Brandenburg a. H. 1906 p. 6 s. Tamen e libris manu scriptis ne unum quidem inspexit.

Roosii sententia multum habet, quo commendetur. Iam quod ille codex Vindobonensis, quem Roosius ceterorum archetypum esse censet, codici ab Eustathio usurpato aetate cedit, nostrum esse puto Eustathium cum hoc codice comparare et, sicubi discedunt, examinare, utri maior fides habenda sit. Si aliter iudico ac Roosius, siglo Ro. adnotabitur, quid hic editor in textu posuerit.

1. Eustathii lectiones maioris aestimandae sunt his locis:

Arr. I 26, 2 6 *σκληροὶ* Eust. 369 18] -*ρῶς* *A*. Adverbium *σκληρῶς* certissime reiciendum est, quod et Arrianus hoc adverbium proxime a participio *ἐπιπνεύσαντες* apposuisset et sensus non aptus videtur. Diligentius autem alia res quaerenda est. Abichtius enim genetivum *σκληρῶν*, ex quo adverbium *σκληρῶς* librarii neglegentia ortum esse opinatur, in textu reposuit, quae coniectura minime probari potest: ac primum quidem praeter Eustathium Suidas quoque s. v. *βορρᾶς* nominativum *σκληροὶ* tuetur, quorum uterque vetustior est quam codex Vindobonensis, deinde genetivus ad *νότων* pertinens veritati prorsus repugnat: venti austri *σκληροὶ* i. e. *sicci*[1]) esse non possunt, quod ex mari flant, aquilones autem, quibus persaepe scriptores Graeci siccitatis qualitatem tribuunt (cf. Plin. nat. hist. II 126), aptissime hoc quoque loco *σκληροὶ* vocari possunt, quod totam Asiam, quae terra propter altos montes sicca et aspera est, perflant.

9 *ὁδὸν* 369 19] *πάροδον* *A*, Ro. De quali via agatur, Arrianus antea accurate exponit. Hoc loco eius magis refert dicere aquilones viam alio tempore difficilem et longam praebuisse *facilem et brevem*. E paragrapho antecedenti vox *πάροδον* falso hic imposita esse videtur.

II 4, 7 12 *ἔρριψεν ἑαυτὸν* 369 33] *ῥίψαντα* *A*, Ro. Arriani codices verbum *ῥίπτειν* significatione reflexiva usurpatum praeter hunc locum etiam III 18, 9 22 praebent et utroque loco A. Boehnerus[2]) pronomen reflexivum addi iure vult. Cf. I 19, 4 2; III 30, 11 21; IV 30, 4 18; 8 25; VI 10, 4 19; Indic. 24 7.

---

[1]) Adiectivum *σκληρός* falso *vehemens* vertitur a Duebnero, Arrianea, Paris. 1846 et Muellero, Eust. l. l.

[2]) Cf. Arrianea, Act. semin. philol. Erlang., vol. II p. 505.

4, 8 19 *βιώσιμα* 369 38] *-μον* *A*, Ro. Pluralis simillimo loco Herodoti III 109 22 s, quem auctorem Arrianus diligentissime legit[1]), confirmatur, ubi haec verba legimus: *οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι.* Ac quantum mihi usus dicendi innotuit, Eustathium pluralem non positurum fuisse censeo, nisi in codice invenisset.

V 1, 4 5 *ἐθάμβησάν τε* 405 29] *τε* om. *A*. Particulam *τε*, qua etiam cetera huius paragraphi enuntiata antecedentibus adiungit, editores inde a Kruegero propter Eustathii auctoritatem iam dudum inseruerunt.

4, 1 22 *Αἰγυπτίῳ* 398 13] *-πτῳ* *A*. Eustathii forma adiectivi a terrae nomine derivata Arrianus utitur IV 28, 2 19.

5, 2 4 *τὴν* 336 23] *τ. τε* *A*, Ro. Particula *τε* inter voces *τὴν* et *Παμφύλων* mihi parum apta videtur. Dubito an voci *Π.* postponenda sit ut VI 4, 3 23 s *τὴν Μαλλῶν τε καὶ Ὀξυδρακῶν γῆν.*

2. Eustathii lectiones minoris aestimandae sunt his locis:

I 26, 1 5 *εἰ γὰρ* 369 17] *εἰ δὲ* *A*. Quae hac sententia proferuntur, antecedenti plane opposita sunt, ut non locum habeat nisi particula *δὲ*.

2 7 *βορέαι* 369 18] *βορρέαι* *A*. Ne *A* quidem codex verum exhibet, sed propius ad verum accedit: Arrianus certe scripsit *βορραῖ*, quam formam Suidas s. v. *βορρᾶς* tuetur et Arrianus aliis quoque locis usurpat. Cf. V 6, 1 10; 3 22; 26, 3 3. Quam ob rem mirum est quod Abichtius recentissime *βορέαι* in textum recepit.

3 15 *τῷ βασιλεῖ* 366 32] *τῷ* om. *A*, Ro. Si agitur de rege Persarum, Arrianus constanter articulum omittit: cf. I 18, 4 14; II 1, 1 2; 4 9; 2, 1 25; 14, 9 20.

II 16, 5 10 *τῶν Ἰβήρων* 326 14] *τ.* om. *A*. — **V 4, 1** 22 *τῶν Ἰνδῶν* 398 13] *τ.* om. *A*. Arrianus talibus in locutionibus nomini populi articulum addere non solet: Cf. I 29, 5 9; V 5, 2 4; 6, 2 12; 3 19 etc.

15 *τοῦτο* 326 17] *-τον* *A*. Hoc loco sensus postulatur, quem

[1]) Cf. H. R. Grundmann, Quid in elocutione Arriani Herodoto debeatur, diss. Lips. 1884 = Berlin. Stud. II p. 255.

vox masculina ἄθλος habere solet: ex eo, quod Geryones, cuius boves Hercules abripuit, non in Erythia Oceani insula exstitit, sed continentis circa Ambraciam et Amphilochos sitae rex fuit, non sequitur ut propter brevius iter Herculis labor minor iudicandus sit.

IV 15, 8 17 πόνων τε 347 26] τε om. *A*. Propter particulas ἀλλὰ καὶ sequentes τε certe reiciendum est.

V 4, 1 22 καὶ οὗτος 398 13] κ. αὐτὸς *A*. Quod Eustathius praebet non ineptum est, sed codicis lectio praeferenda, quod coniunctio verborum καὶ αὐτὸς nobis apud Arrianum persaepe occurrit: Cf. I 9, 4 24; 17, 9 23; II 11, 7 3; 13, 7 8s; III 2, 6 19; IV 21, 2 1; V 2, 2 16; 10, 1 14; 13, 2 11; 14, 1 8.

5, 2 4 Παμφυλίων 336 23] -φύλων *A*. Nusquam alibi in anabasi hic populus commemoratur, sed vocatur in Indicis 2 2 Πάμφυλοι.

5 s εἰς Ἀρμενίους .. ἐπὶ Μήδους 336 24 s] ἐς Ἀρμενίαν .. ἐπὶ Μηδίαν *A*. Nomina terrarum ab Arriano consulto iuxta nomina populorum adhibita esse videntur, quam variationem ab Eustathio deletam esse statuo.

VII 7, 3 13 καὶ Μεσοποταμία 387 30] κ. τὸ ὄνομα Μ. *A*. Breviandi causa Eustathium τὸ ὄν. omisit.

3. Nominum propriorum formas apud Dionysium inventas vel antea usurpatas servat vel diversas Arriani prioribus accommodat; itaque Eustathius codicum formis minime repugnat his locis:

II 16, 4 5: Ταρτησσὸς Dion. Per. v. 337 (cf. 276 42 ss); 302 16] -σσὸς *A*.

IV 6, 6 26: Ἀριανὴν e Strabone III 235 1 (cf. 399 4); Ἄριος 399 8] Ἄρειος *A*. Iste fluvius hoc tantummodo loco Arriani occurrit, sed inde quod populus et terra ab illo denominati semper Ἄρειοι et Ἄρεια vocantur, elucet fluvium quoque ab Arriano dipthongo scriptum esse. Cf. III 8, 4 26; 25, 1 25 ss; 2 4; 5 19; 21; 22; 6 5; 7 9; 15; 28, 2 19; 25; 29, 5 9; 10; 12.

15, 7 11: Ὦξος Dion. Per. v. 747 (cf. 347 9); Ὤξῳ 347 22] Ὄξῳ *A*.

18, 4 10: Σουγδιάς Dion. Per. v. 747 (cf. 347 10); Σουγδιανή 347 18] Σογ- *A*.

B. Emendatio Eustathiana[1].

Eust. 369 18 *σκληροὶ βορέαι*] *σ. β. ἐκ νότου* CDY; *ἐκ νότων σ. β.* Arr. I 26, 2 6s. Verba optimorum codicum in textu ponenda sunt, quod et cum Arriani verbis concinunt et sensui aptissima sunt: Alexandrum viam aquilonibus apertam ideo divino numini debuisse crediderunt, quod antea auster flaverat. Et quod venti eo ipso momento, quo ut verterentur opus erat, se verterunt, numine divino hoc factum esse opinati sunt. Dubito an Eustathius eodem modo atque Arrianus pluralem *ἐκ νότων* scripserit.

Pars II.

Qua diligentia ac fide Eustathius Strabonem Herodotum Arrianum adhibuerit.

Meum esse non potest omnes locos enumerare, quibus Eustathius res in fontibus inventas recte rettulit, sed eos tantummodo locos tractabo, quibus quod fontem non diligenter inspexit vel, quae legerat, non fideliter servavit vel ex aliis causis ad viam erroris deductus est.

1. Nonnullis locis erravit, quod in libris manu scriptis perperam legerat:

Quibusdam Africae et Europae populis, qui, ut se a vehementiore aestu aut frigore tutarentur, sub terram vadere solebant eamque ob causam *Τρωγλοδύται cavernas subeuntes* vocabantur, etiam Parnasios adnumerat dicens 249 7: *καὶ οἱ Παρνάσιοι δὲ δυτόχθονες* (cf. p. 21) *τοιοῦτοί τινές εἰσι.* Adhibuit Strabonem II 277 25s *τὸ παλαιὸν Παρνασσίους τινὰς δυτόχθονας* (codd. decc. pro recto *αὐτόχθονας*; cf. p. 5) *καλουμένους οἰκεῖν τὸν Παρνασσόν.*

Quosdam referre Aquileiam urbem proxime ad intimum sinus Adriatici recessum sitam a mari CL milia distare legimus 286 37ss: *πόλις δὲ ἡ Ἀκυληία μεγίστη . . . πλησιάζουσα μὲν μάλιστα τῷ ἐνδοτάτῳ μυχῷ τοῦ Ἀδρίου κόλπου, ἔξωθεν δὲ οὖσα*

[1]) Qua ratione emendationes Eustathianas proferam, vide p. 20 s.

τῶν Ἐνετικῶν ὅρων, καί, ὥς τινές φασι, ἀπὸ θαλάσσης ρν' μίλια κειμένη. Ῥωμαίων κτίσμα. Quod haec distantia nimia videbatur, editores incertis remediis adhibitis locum sanare studuerunt (cf. Bernhardyi adn. ad l. l.). Sed Eustathium in errorem incidere potuisse nemini succurrit Muellero (cf. adn. ad l. l.) excepto. Ut quae proxime antecedunt, ita haec quoque e Strabone deprompsit, qui haec exhibet I 338 3ss: Ἀκυληία δ', ἥπερ μάλιστα τῷ μυχῷ πλησιάζει, κτίσμα μέν ἐστι Ῥωμαίων . . . ἔξω δ' ἐστὶ τῶν Ἐνετικῶν ὅρων ἡ Ἀκυληία. διορίζονται δὲ ποταμῷ ῥέοντι ἀπὸ τῶν Ἀλπίων ὀρῶν ἀνάπλουν ἔχοντι καὶ διακοσίων σταδίων ἐπὶ τοῖς χιλίοις εἰς Νωρηίαν πόλιν i. e. *CL milia passuum*, quae est distantia Aquileiae a mari supra commemorata. Ac reputanti Eustathium omnia, quae antecedunt, e Strabone hausisse mihi quoque ille error ex eo ortus esse videtur, quod Eustathius εἰς Ἀκυληίαν πόλιν legerat pro εἰς Νωρηίαν πόλιν.

Priora nomina Atticae enumerans dicit 296 1ss: Ἐκλήθη δὲ πάλαι ποτὲ καὶ Ἀκτὴ (cf. p. 22) . . . καὶ Μοψοπία ἀπὸ Μόψου ἄλλου παρὰ τὸν μάντιν τὸν τοῦ Τειρεσίου. Sine dubio ob oculos habuit Strabonem II 328 2ss, quem locum ita corruptum praebent omnes codices: Μόψιοι δ' ὠνόμασται οὐκ ἀπὸ Μόψου τοῦ μάντεως τοῦ (correctum in τοῦ Μαντοῦς τῆς) Τειρεσίου, ἀλλ' ἀπὸ . . · ἄλλος δ' ἐστὶ Μόψος (correctum in Μόψοπος), ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία [1]). Videmus igitur apud Eustathium codicibus Strabonis inepta exhibentibus e Mopsopo filio Mantus e Tiresia natae factum esse Mopsum vatem (μάντιν) e Tiresia natum [2]).

De diversis Asiae regionibus, quae apud veteres Phrygiae vocabantur, refert haec 360 34ss: Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ τρεῖς ἀναγράφονται Φρυγίαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς. Μία μὲν ἡ μεγάλη, ἧς ὁ Μίδας ἄρξαι λέγεται, . . . καὶ αὕτη μὲν μία Φρυγία. Δευτέρα δὲ καὶ ἑτέρα Φρυγία ἡ μικρὰ ἡ ἐν Ἑλλησπόντῳ καὶ περὶ

[1]) Corruptelas huius loci emendavit Tzschuckius ex coniectura Kuhnii ad Paus. VII 3 p. 527.

[2]) Muellerus quamquam, quae Eustathius scripsit, in textu habet, tamen vertit *Mopsopia a Mopsopo diverso illo a Mopso vate Mantûs Tiresia natae filio*!

Ὄλυμπον. Καὶ τρίτη ἡ λεγομένη Ἐπίκτητος, ἐν ᾗ κτλ. Exstabant igitur secundum Eustathium tres diversae Phrygiae. Strabo vero, quem sine dubio usurpavit, duas tantummodo Phrygias commemorat II 571 10 ss: .. οἱ .. Μυσοί τε καὶ Φρύγες· ἑκάτερον δὲ τὸ ἔθνος διττόν ἐστι. Φρυγία τε γὰρ ἡ μὲν καλεῖται μεγάλη, ἧς ὁ Μίδας ἐβασίλευσε, καὶ . . . ἡ δὲ μικρά, ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ καὶ ἡ περὶ τὸν Ὄλυμπον, ἡ καὶ Ἐπίκτητος λεγομένη. Errorem Eustathii optime explicari arbitror ex eo, quod pro ἡ καὶ Ἐπίκτητος λεγομένη legisse videtur καὶ ἡ. Ἐ. λεγ., quod mendum etiam in codice *C* animadvertimus.

Aegyptii et Phoenices ita inter se comparantur 374 35 ss: Ὁ δὲ Γεωγράφος οὕτω . . . φησίν· ὥσπερ Αἰγυπτίων εὕρεμα ἡ γεωμετρία ἐκ τῆς χωρογραφίας (cf. p. 41), ἣν ὁ Νεῖλος ἐργάζεται συγχέων τοὺς τῆς γῆς ὅρους ἐν ταῖς ἀναβάσεσιν, οὕτως ἐκ Φοινίκων εἰς Ἕλληνας ἡ ἀστρονομία ἥκειν πεπίστευται καὶ ἡ ἀριθμητική. Quod geometria, inventio Aegyptiorum, e chorographia provenisse dicitur, nobis valde mirum videtur. Inspiciamus Strabonem qui III 297 24 ss . . . καὶ τῶν Αἰγυπτίων inquit εὕρεμα γεωμετρίαν φασὶ ἀπὸ τῆς χωρομετρίας (idem mendum atque Eustathius etiam epitome *E* exhibet; cf. p. 29), ἣν ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται συγχέων τοὺς ὅρους κατὰ τὰς ἀναβάσεις. τοῦτο μὲν οὖν παρ' Αἰγυπτίων ἥκειν εἰς τοὺς Ἕλληνας πεπιστεύκασιν, ἀστρονομίαν δὲ καὶ ἀριθμητικὴν παρὰ Φοινίκων.

De Tigride Herodotum haec narrare dicit 387 36 ss: Καὶ Ἡρόδοτος δέ φησιν, ὅτι οὐχ εἷς μόνος Τίγρις, ἀλλὰ καὶ δεύτερος καὶ τρίτος, οὐχ ὁ αὐτὸς μὲν οὐδὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ῥέων, ὁ αὐτὸς δὲ ὀνομαζόμενος. Conferamus Herodotum, qui V 52 haec exhibet: ποταμοὶ δὲ νηυσιπέρητοι τέσσερες διὰ ταύτης ῥέουσι . . . πρῶτος μὲν Τίγρης, μετὰ δὲ δεύτερός τε καὶ τρίτος Ζάβατος (οὗτος libri praebent)[1]) ὀνομαζόμενος, οὐκ ὤντὸς ἐὼν ποταμὸς οὐδὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ ῥέων κτλ. Tres igitur fluvii eodem nomine Tigris vocati exstant apud Eustathium, apud Herodotum autem huius nominis unum invenimus.

Multo autem crebrius erravit, quod fontem neglegenter legit vel quae legerat tenere non potuit vel locum minus attente ac diligenter lectum non recte intellexit.

[1]) Librorum mendum correxit I. C. Weissenborn.

2. De universa re dixit eadem, quae eius auctor quibusdam finibus circumscribens de singulis modo partibus elocutus erat:

De superficie regionis, quae *Κατακεκαυμένη Combusta* dicitur, haec scribit 364 44: *ἥτις* (sc. *ἡ κατακεκαυμένη χώρα*) *τεφρώδης λέγεται εἶναι τὴν ἐπιφάνειαν κτλ.* Superficiem non totius regionis, sed camporum tantummodo esse cineream, partem autem montanam et saxosam esse nigri coloris dixerat Strabo III 84 12 ss: *ἔστι δὲ ἡ ἐπιφάνεια τεφρώδης τῶν πεδίων, ἡ δ' ὀρεινὴ καὶ πετρώδης μέλαινα, ὡς ἂν ἐξ ἐπικαύσεως.*

De gentibus Arabiam incolentibus haec comperimus 384 32 ss: *Καὶ ὅτι τεττάρων ἐθνῶν μεγίστων κατοικούντων τὴν Ἀραβίαν ἕν ἐκεῖσέ ἐστι καὶ τὸ τῶν Μινναίων πρὸς Ἐρυθράν, ὧν πόλις μεγίστη Κάρνα· ἐχόμενοι δὲ Σαβαῖοι.* Strabo vero istas quattuor maximas nationes non totam Arabiam, sed extremam modo eius partem, quae ad austrum versus Aethiopiae opposita est, habitare narrat III 316 3 ss: *κατοικεῖ δὲ τὰ μέγιστα τέτταρα ἔθνη τὴν ἐσχάτην λεχθεῖσαν χώραν* (sc. *τὰ δ' ἔσχατα πρὸς νότον καὶ ἀνταίροντα τῇ Αἰθιοπίᾳ*; cf. 315 19 s). *Μιναῖοι μὲν ἐν τῷ πρὸς τὴν Ἐρυθρὰν μέρει, πόλις δ' αὐτῶν ἡ μεγίστη Κάρνα* (cf. p. 27). *ἐχόμενοι δὲ τούτων Σαβαῖοι κτλ.*

Euphratem et Tigrim esse secundos a fluminibus Indicis legimus 388 14 s: *Ὅτι δευτερεύουσι μετὰ τοὺς Ἰνδικοὺς ποταμοὺς Εὐφράτης καὶ Τίγρις.* Non inter omnes fluvios Euphratem et Tigrim secundas partes obtinere, sed inter eos tantummodo, qui in australi Asiae parte sunt, dicit Strabo III 268 12 ss: *Διαρρεῖται δ' ὑπὸ πλειόνων μὲν ποταμῶν ἡ χώρα, μεγίστων δὲ τοῦ τε Εὐφράτου καὶ τοῦ Τίγριος· μετὰ γὰρ τοὺς Ἰνδικοὺς οὗτοι λέγονται δευτερεύειν κατὰ τὰ νότια μέρη τῆς Ἀσίας οἱ ποταμοί.*

De fervido atque ardente in Susiana aëre haec narrantur 396 34 ss: *Πάνυ δέ, φασί, καυματηρὸς ὁ ἀὴρ τῇ Σουσίδι καὶ οὕτως ἔκπυρος, ὥστε οὐ φθάνουσιν αἱ σαῦραι καὶ οἱ ὄφεις ἐν τῷ διαβαίνειν τὰς ὁδούς, ἀλλὰ καταφλέγονται. Καὶ λουτρὰ δέ, ἤγουν ὕδατα τὰ εἰς τὸ λούσασθαι προτεθέντα ψυχρὰ ἐκθερμαίνεται παραχρῆμα.* Non omni tempore anni vel diei, sed per aestatem modo, dum sol sit in culmine, Susianam tanto aestu exuri docet Strabo III 253 18 ss: *εὐδαίμων δ' οὖσα ἡ Σουσὶς ἔκπυρον τὸν ἀέρα*

ἔχει καὶ καυματηρὸν καὶ μάλιστα τὸν περὶ τὴν πόλιν . . . τὰς γοῦν σαύρας καὶ τοὺς ὄφεις θέρους ἀκμάζοντος τοῦ ἡλίου κατὰ μεσημβρίαν διαβῆναι μὴ φθάνειν τὰς ὁδοὺς τὰς ἐν τῇ πόλει, ἀλλ᾽ ἐν μέσαις περιφλέγεσθαι· . . . λουτρὰ δὲ ψυχρὰ προτεθέντα ἐκθερμαίνεσθαι παραχρῆμα κτλ.

Iam sequuntur tres loci, quibus mores, qui apud partem exstant, universae genti addicit:

De more quorundam Iberum

E. 342 22 ss: *Τοὺς δὲ Ἴβηρας τούτους Ἀρμενιστὶ καὶ Μηδιστὶ ὁ Γεωγράφος ἐσκευάσθαι φησί.*	Strabo II 442 14 ss: *Τὸ μὲν οὖν πεδίον τῶν Ἰβήρων οἱ γεωργικώτεροι καὶ πρὸς εἰρήνην νενευκότες οἰκοῦσιν Ἀρμενιστί τε καὶ Μηδιστὶ ἐσκευασμένοι, τὴν δ᾽ ὀρεινὴν κτλ.*

Non omnium igitur Iberum gens more Armeniorum et Medorum instructa est, sed ei tantummodo, qui loca campestria habitant.

De vestitu Massagetarum

E. 346 37 s: *Ἀμπέχονται δὲ φωκῶν δέρματα κτλ.*	S. II 465 20 ss: *Οἱ μὲν οὖν ἐν ταῖς νήσοις, . . . οἱ δ᾽ ἐν τοῖς ἕλεσιν ἰχθυοφαγοῦσιν, ἀμπέχονται δὲ τὰ τῶν φωκῶν δέρματα τῶν ἐκ θαλάττης ἀνατρεχουσῶν, οἱ δ᾽ ὄρειοι κτλ.*

Non tota igitur stirps Massagetarum, sed ei modo, qui paludes incolunt, pelles vitulorum marinorum induunt.

